








CLAVDII

GALENI DE CRISIBVS LIBRI TRES,

*

NICOLAO LEONICENO Interprete,

Nunc ab omnibus quibus ſcatebant mendis repurgati, cum copioſiſsimo Indice in hac vltima impreſsione adiecto.

IN VIRTVTE



ET FORTVNA.

LVGDVNI,

Apud Gulielmum Rouillium, ſub ſcuto Veneto.

1549.

CLAVDII GALENI DE CRISIBVS,

LIBER PRIMVS.

Institutum autoris. CAP. I.

SIue subitam in morbo mutationẽ, siue ad meliorẽ statum inclinationẽ solã, siue eam quæ antecedit agitationem, siue integram omnem morbi solutionem, siue eam tantùm quæ bona sit, crisim velit quis appellare, nõ est mihi de his nisi obiter hoc in loco distinguere propositũ: sed potiùs quo pacto hæc omnia quispiam optimè præcognoscat, percensere institui. Optimum autem prænotionis eorum principium, quod etiam futuri vigoris in morbo summi. Sic autem appellatur vehementissimum totius ægritudinis tempus.

Sic enim ãbigua est vox crisis.

De agitatione vel perturbatiõe critica capi. 2. tertij.

Institutũ Galeni.

Vt de crisi præsagias, præcognoscẽdus morbi status.

Vniuersalia morbi tempora.

Morbi tempora in genere. CAP. II.

SVnt autem omnia eius tempora quatuor numero, principium, incrementũ, status, & declinatio. Quædam verò ægri-

Vnde mors in incremento & vigore.

tudines tũ quia natura sua malignæ sunt, tum quia imbecillus æger est, statim in tẽpore *incrementi hominem occidũt: sicut & quædam aliæ in ipso vigore. An verò etiam in declinationis tẽpore aliquis morbus possit occidere, non sine ratione quæsitum est. Sed de hoc procedente sermone *determinabitur. Has autem quatuor partes, quidam vniuersi morbi tempora appellant. Eandem autem ob causam tempora vocant vniuersalia, vt quę à particularibus differant, in quæ singulæ accessiones diuiduntur. Definiuntur autem non dierum (vt quispiam existimauerit) numero. Neq; enim fieri potest vt morbus qui in quatuor diebus sit finiturus, æquales habeat partes tempore cum eo qui vsque ad quadragesimum diem debeat extendi. Et omnes quidem hucusq; consentiunt. Quomodo autem iudicare atque distinguere huiusmodi tempora oporteat, non etiam in hoc omnes inuicẽ concordant, sed nonnulli quidem, si solito citiùs inuadant aut tardiùs accessiones, considerant: hi verò ad earum longitudinem respiciunt: alii ad magnitudinem, quam etiam vehemẽtiam nominant. Quidam & hæc ipsa, remissiones præterea considerant: deinceps inuicem altercantur, quum liceat quę diximus omnia

*ἐπιδόσεως.

*Decernetur.

Singulis accessionibus sua sunt tẽpora, initiũ, incrementũ, vigor, & declinatio.

Cõtrouersia in distinguẽdis morbi partibus.

Præsens tẽpus intelligit de quo in præsentia quæratur siue

omnia cõiungere, ac præterea quæ dicentur vniuersa: hac enim via vix quispiã exquisitã faceret præsentis temporis coniecturam. Si verò quidpiam ex his indiscussum relinquatur, tantũ præcognitioni nocebit, quantum vel magnitudinis vel virium, quod prætermittitur, obtinebit.

Generalia morbi tempora quibusdam accidentibus definiuntur. CAP. III.

NVnquid igitur morbus augeatur, nõ ex eo tantùm coniectare oportet, quòd accessiones anticipẽt, sed etiam earum longitudinẽ oportet annotare, & magnitudinem quoque ac morem: qui cum symptomatibus si contingat, vel sine his euenit, sicut etiam in intermissione & declinatione, hæc eadẽ existimo considerãda. Voco autem intermissionem, quando febris in quietem desierit. Declinationẽ, omnem eius partem quæ vigorem ipsum subsequetur vsque ad * secũdæ accessionis principium. Nam anticipatio sola per se ipsam nõ est sufficiens signum incremẽti: quòd sæpe morbi proprietatem consequitur potius quàm eius incrementum: quum & quartanæ & tertianæ & quotidianæ febris quidam circuitus vsque ad integram solutionem ita anticipare visi fuerint.

principiũ sit, siue incrementũ, aut aliud.

Anticipãt quæ solito citius inuadunt.

Quæ in genere animaduertẽda vt de crisi coniicias.

Intermissio qd differat à declinatiõe, vtriq; cõe nomen est διάλειμμα intermissio. I. de mor. popular.

** δευτέρου malim vertere sequẽtis.*

Quas febres προληπτικὸς & ὑστερητικὸς appellent.

Consueuerunt autem medici tales febriũ figuras anticipantes nominare: sicut alias vocant tardantes, quæcunq; statim ab initio, futuri temporis aliquid posterius assumunt. Sed & in his plus quàm proportio 5 exigit, vel anticipare, vel subsequi: alterũ incrementi, alterum declinationis indiciũ est: simpliciter autem anticipare vel subsequi, neutrius. Oportet autem non solùm aduertere nunquid secunda accessio con- 10 suetam anticipauerit horam, sed an etiam longitudo temporis eadem, aut magnitudo æqualis, aut quæ nunc adest, sit malignior aut simplicior. Hæc ipsa etiam sunt in intermissionibus & declinatiõibus in- 15 spicienda. Longitudinem quidẽ temporis facile est cognoscere. Magnitudinem verò, quam & vehementiam vocant: & morem, quem etiam modum appellant, tũ ex propria morbi specie, tum ex iis qui super- 20 ueniant morbo casibus colligere oportet. Ex propria quidem morbi forma cõiectura fit in accidentibus, quæ propriam ipsius morbi naturam constituant. In pleuritide, gratiâ exempli, spectatur pungens lateris 25 dolor, acuta febris, tussis, difficultas denique respirãdi. Ex iis verò quæ superueniũt symptomatibus: si multa, si diuturna, & va lida, atque maligna etiam extiterint: aut

Vnde cõiectura magnitudinis & moris.

Duplex est genus accidentium in morbis aliud παθογνωμονικὸν, quod speciẽ morbi definit: aliud ἐπιγινόμενον aduentitium, & quod adesse non necesse sit.

con

contrà, pauca, ac breuis temporis, & parua, & *simplicia fuerint. Sic & intermissionis ac declinationis tempus, si longius præcedit, vel breuius est, aut tolerabilius, vel
5 minus tolerabile, aut si quod ex accessione symptoma remanserit, aut omnia cessarunt. Si ex iis quæ diximus adsint peiora, morbus augetur manifestè: Si verò meliora, declinat. Sit enim vt accessio consuetã
10 anticipet horam, longior etiam fiat atque vehementior, maligniorq;, & cum multis prauisq; symptomatibus inuadat, fit etiã vt declinationis tempus breue fiat, neq; omnino facile, neq; omnino casuũ accessio
15 nis expers: neminẽ futurũ arbitror, qui de huiusmodi ægrotãtibus quæret, nunquid morbus in eis ad magnitudinẽ crescat. Rursus verò fiãt his omnia cõtraria, tardet accessionis initiũ, lõgitudo autẽ eius ac ma-
20 gnitudo minor existat: cesset etiã malignitas, & iis qui superueniũt casibus, minoribus ac simplicioribus factis vel neq; oĩno superueniẽtibus, intermissione etiã vel declinatiõe toleratu facili ac lõga succedẽte,
25 oẽsq; accessionis casus auferẽte. Nã & hęc manifestiora sunt declinatiõis indicia, sicuti priora augmẽti. Cũ verò quæ ad accessiones duas pertinẽt, æqualia fuerint, morbũ cõsistere demõstrãt. Nũquid igitur plus

*Simplex intelligo modestũ, non malignum.

quàm erat opportunũ, à nobis eſt dictum? aut aliquid ab Hippocrate prætermiſſum, vbi docet quo pacto quiſpiam ex circuitibus inueniat ægritudinis incrementũ? Ait enim acceſsiones eſſe inuicẽ conferendas. 5 Si celerius aut nõ: ſi longius, vel non, ſi denique magis, vel nõ: hoc enim verbũ, ſi celerius, nihil aliud oſtendit, niſi vtrũ acceſſio horam conſuetã anticipauerit, vel tardior facta ſit. Illud autẽ, ſi ad longius tem- 10 pus vel non, nunquid longũ perdurauerit tẽpus, an breue. Magis verò & minus, reliqua omnia quæ à nobis explicata ſunt, in ſe cõprehendit: nam & magnitudinem, & morẽ ipſius morbi, & ſuperueniẽtes etiam 15 caſus, eorũq; inſuper numerũ, in eo quod dicitur magis ac minus, cõprehendi exiſtimes. Sic & ipſius declinationis, vt quæ ſit totius acceſsionis pars, magis ac minus ex eiſdẽ reperies intentionibus. Incremẽti au 20 tẽ & aſcenſus & augmẽti (his enim omnibus nominibus ſecundũ ægritudinis tempus appellãt) ſi celerius fiat acceſsio, ſi longiori tẽpore duret, ſi magis etiam indicia ſunt, ſicut his cõtraria declinationis ſigna 25 oſtẽdunt, ſi videlicet tardiùs fiat acceſsio, ſi breuiori tẽpore duret, ſitq; omnino præcedẽte debilior. Vigorẽ verò ſeu ſtatũ indicãt ſi in eiſdẽ permaneãt. Et quidẽ ſæpe

12. *aph.* 1. & 2. *epi.*

Græcè ἐπιδώσις ἀνάβασις, αὔξησις.

in

in morbis nullũ ſenſibile tẽpus inuenitur huiuſmodi, ſed habẽte adhuc quarta (ſi ita contigerit) acceſsione indicia augmenti, quinta ſuperueniet acceſsio, declinationis 5 principium, quoniam videlicet ſtatus momentaneus extiterit, adeò vt nemo quum adeſſet agnouerit: ſed vt exquiſitè dignoſcatur, primum declinationis tempus ſit neceſſarium. Simile quiddam accidit in 10 morborum augmentis. Nam ſæpe prior acceſsio principium ſimul habuit & aſcenſum & vigorem, ſcilicet in prima ſui parte principiũ, deinde aſcenſum, poſtremò verò ſtatum ſeu vigorem: deinde ſecũda ac- 15 ceſsio manifeſtè videtur declinare. Sed præſente quidem ſecunda acceſsione, tunc demum cognoſcere, qualis fuerit illa quæ præceſsit, præter id quod vnuſquiſq; medicus id facere poteſt, rẽ etiã magni momẽ- 20 ti in vſu medicinæ deſtruit, præcognitionem ſcilicet, de qua plenius in libris Methodi medẽdi diximus. Generoſi autẽ medici, atq; arte Hippocratica digni eſt officiũ, futurũ ſtatũ præcognoſcere, cùm om- 25 nẽ victus rationẽ ad ipſum inſpiciens inſtituat. Eadem ratione principiũ morbi atq; augmentum, non vbi iam perfecta ſunt, ſed multo anteà, præſtabat agnoſcere.

Status nõnunquam breuiſsimus.

De *ambiguitate principij & conjectura.*

partium morbi ex huius specie, anni tempore, & comparatis inter se periodis.

CAP. IIII.

VIdeo tamen plurimos medicorũ neque præsentis etiã principii notitiam habere, sicut apprimè admirabilem Thessalum, qui in principiis* reprimere iubet, etiã si morbus fuerit adstrictus pro sui natura egẽs relaxatiõe. Quo pacto verò quispiam ipsum principiũ agnoscat, tanquam rem notissimã, dicere prætermisit: sed hoc nõ paruam habet dubitationẽ. Nam si primum exquisitè aduentum pro principio morbi totius statuere oportet, indiuisibile erit, atq; sine tempore: si verò primam accessionẽ, scimus hanc aliquãdo & eius augmẽtũ & statũ in se ipsa comprehendere: præter id quod extra omnẽ rationem est, vt qui in septem ad summũ diebus morbus finiri debet, & *qui ad mensem extendi, omnesq́; qui in medio tempore terminantur, solam habeant primam pro principio accessionem. Sicuti enim neq; omnes morbi augmentum aut statum, aut declinationem æqualis habent temporis, eodẽ arbitror modo neq; principium. Neq; tamen si quispiam primam accessionẽ præterierit, iam poterit principium circũscribere. Nã si secũda statim subsequatur quæ hab

Vexat Thessalũ & alios qui nequeũt definire principium.

* στέλλειν *cõtrahere.*

Nam neque, nunc, tẽpus est: neq; punctus pars totius.

* *Ald. ad sextũ mensem.*

habeat augmenti indicia,& post ipsam tertia & quarta,& sic alię deinceps omnes:qui primam omiserit accesionē tāquam non principium,& omne tempus medium vsq; 5 ad statum,diceret esse principium,atq, ita omnino tolleret ascēsum:aut vbi primo finiret principium, non haberet exprimere. Quænam est huius dubitationis medela? si quidem velint quę sunt ab Hippocrate scri 10 pta perdiscere, facilis atque expedita esset ista doctrina,nūc verò præter id quod quæ sunt ab Hippocrate optimè tradita,nolūt addiscere:etiā illa quæ ignorant damnare conantur.Sed illis quidem inueniri nō po 15 test ignorantiæ remediū, nobis verò perfa » cile.Inquit enim:Accesiones & cōstitutio- » nes,morbi ostendunt & anni tēpora,& cir » cuituū inuicem incremēta.Quod quidem morborum cōstitutiones, quandam velut 20 eorum formam nominat,secundam quam ex talibus & tantis constituūtur vniuersalibus temporibus, minima quispiam coniectura comprehēderet. Nam cùm in primo » epidemiωn libro antè dixisset,Sunt autem 25 *species,modi & cōstitutiones & accesiones harum quarumlibet febrium:deinceps » subiungit:Statim enim* cōtinua veluti incipiens florescit, ac viget,* & plurimum ad difficilius attollitur:circa autē crisim &

1.Epid.

**Deest in codicibus Græcis & epi. vox εἴδη. in quibusdam ἤθη. legitur in aliis ἤθη, vtrum que formas & mores vox τρόποι includit.*

simul

ſimul cum criſi, extenuatur, eſt autẽ cùm
incipit veluti mollis ac latens:inſurgit au-
tem atq; acerbatur ſingulis diebus, circa
criſim autẽ ſatis emicat. Ex quibus verbis
manifeſtè oſtẽdit ſe*qualẽcunq; ex totius 5
morbis tẽporibus cõpoſitionẽ, morbi con
ſtitutionẽ nominare. Quo igitur modo,
morbi,& anni tempora,& circuituũ adin-
uicem incrementa , vniuerſalia tempora
*morbi commonſtrabunt? Nam hoc erat 10
quod quærebamus,nempe quartana quæ-
dam febris inuadens nõ habuerit acceſsio
nem primã,principium:ſicut neq; exquiſi-
ta tertiana vſq; ad diẽ ſeptimũ ſuũ potue-
rit principium extẽdere:eodẽ pariter mo- 15
do & de aliis morbis iudicandũ. Nã febris
ardens, & morbus lateralis, & inflãmatio
pulmonis Græci καῦσον, πλευρῖτιδα περι-
πνευμονίαν vocãt,breuis tẽporis habẽt prin-
cipiũ. Morbus autem comitialis,& articu- 20
laris,& coxendicũ,& nephritides; lõgi tẽ-
poris. Sic quidem à morbis ipſis: A tẽpori-
bus autẽ anni,hoc modo: Aeſtiuæ quarta-
næ magna ex parte breues ſunt, autũnales
verò lõgæ,& præſertim quę ad hyemẽ pro 25
tendũtur. Sic & omnis morbus alius ęſtate
quidẽ breuiorẽ, hyeme verò diuturniorẽ
habet motum. Atq; hoc manifeſtũ, quòd
æſtate breuius, hyeme longius principium
hab

Marginal notes: *συνεχὲς, al. συνεσκὲς — * μάλιστα alij coniũgunt verbo vigent, καὶ verò reliquæ dictioni. — * ποιὰν quãdam. — *Iudicium cõſtitutionis morbi & ſpecies morbi.* — *A temporibus anni.* — *25. Aphor. 2. lib.*

habebit:ſimilem quoque ſeruabit in aliis temporibus proportionem. Sic quidem & anni tempora morborum conſtitutiones prænunciant. Acceſsionum autem incrementa hoc modo, & acceſsionum inter ſe comparata incrementa: ſi accelerant vel non, ſi longiùs durant vel nõ, & ſi maiores ſunt vel non: nam ſi hæc omnia coniunxeris, ad exquiſitam cognitionem propius accedes. Si verò nihil ex iſtis animaduertẽs, putas poſſe morbi principium cognoſcere, & ab incremento diſtinguere, nunquam propè accedes ad veritatem.

Coniectura τῶν ἐπιφαινομένων exercet in ſputis pleuriticorum.

CAP. V.

NVnquid igitur hæc ad exquiſitã temporũ mobi ſufficiunt cognitionem? Nequaquam, ſed habent aliquid quidem artificioſæ coniecturę: tantum verò ad exquiſita ratione deficiunt: quantũ illam quę nullo modo eſt, ſuperãt. Quid verò illis additum, exquiſitam faciat pręcognitionem, ſi totũ leges aphoriſmũ, intelliges, in quo ita ſcribitur: Morbi autem acceſsiones & conſtitutiones oſtendunt, & anni tempora, & circuituum adinuicem incremẽta: ſiue quotidie, ſiue alternis diebus, *ſiue in longiori tempore fiant. Sed & ex iis quæ mox

12. aph. 1.

* *διὰ πλείονος, χρόνου ꝑ maiora interualla.*

*πεκμαίρεσθαι χρὴ conijcere oportet.

mox apparent: *veluti in laterali morbo si "
sputum statim appareat, incipientem mor- "
bum facit breuiorem: si verò posterius, lon "
giorem. Et vrinæ, & alui excrementa, & su "
dores vel bene vel malè finiturũ, & longũ 5
vel breuem futurũ morbum cùm apparue- "
rint, commonstrabunt. Hæc quidem ab
Hippocra. in Aphorismis scribũtur. In pri-
mo autem libro epidemiãn omnes, inquit,
excrementorũ coctiones vbiq; esse oppor- 10
tunas, & bonos iudiciarió sq; abscessus cõ-
siderando. Deinde subinferens inquit: Co- "
ctiones celeritatem iudicii, & securitatem "
sanitatis ostendunt. Sed coctiones hæ qui- "
dem omnes iis adsunt quę coquũtur. Quę- 15
nam igitur hæc sunt? Non alia sanè quàm
illa quæ mox apparentia nominauit. Nam
quæ propria sunt morbi accidentia, simul
cum morbo inuadunt atq; incipiunt reli-
qua verò omnia mox apparẽt. Inuadũt igi- 20
tur vnà cum morbo laterali & febris acuta
& lateris dolor pungẽti similis & tussis &
difficilis anhelitus. Mox apparẽt autẽ quę-
dam vt ipsi morbo propria nõnulla autem
vt cõmunia omnibus febricitantibus. Pro- 25
pria quidem ipsius morbi, primũ quidem
si nihil educatur cum tussi, quod sufficiens
est morbi coctione carentis indicium. Se
cundò autem, si educatur quidem, sed non
bo

Duplex genus accidentium, alia propria quæ speciem morbi cõstituunt: alia aduẽtitia quæ vocat ἐπιφαινόμενα, alio loco ἐπιγινόμενα. Duplex genus epiphænomenωn.

bonum. Eſt autem & hoc duplex, vnũ quidem quod ſolùm caret coctione: alterum verò quod etiam prauum exiſtit. Ab his verò omnibus id quod coctum eſt ſeparatur, 5 quod etiam propriè ſputum appellant. Neque enim quod ſanguineũ eſt ac bilioſum atq; ſpumoſum, ita nominamus, ſed potiùs expuitiones vocamus. Cùm verò neq; ſanguini, neque bili pallidæ vel nigræ com- 10 miſtum fuerit, id quod tale fuerit, iam ſputum vocamus. Quando igitur hoc ſtatim apparuerit, morbum facit breuiorem: cùm verò nullo modo educitur, aut crudum, indicat morbum in longius debere protē- 15 di. Si quid autem prauum expuitur, periculum imminere ſignificat. Si quid autē malignum fuerit, periculum denunciat. Quid igitur ſit ſputum, nunc non eſt opus exponere. Quæ verò propriè expuitiones 20 nominantur, ex his quæcunquæ ſubflauæ, & ſubruffæ, & ſubpallidæ, & ſubſpumoſæ, & tenues exiſtunt, ſolam cruditatem ſignificāt, nullum verò inſigne malum prę- nunciant. Quæ verò ſine alia commiſtio- 25 ne ſunt flauæ ac ruffæ, craſſæ atq; ſpumoſæ, & virides, viſcoſæ, atq; rotundæ, atque his etiā magis nigræ, ſunt prauæ. Conſiderandum etiam quis ſit eorum eductionis modus. Nam ſi facilè expuātur, cōſtat quidem

Candidas addit in Prog. aſſata pituita.

dem bonas esse, contrarias verò malas. Et quid oportet nos plura dicere? cũ possimus verba quæ in libro de præcognitione scribuntur, apponere. Sputũ oportet in omnibus doloribus qui sunt circa pulmonem ac latera, celeriter expui ac facilè, cõmistumque videri vehemẽter flauum sputo. Neq; in dubio est, quòd hoc loco Hippocrates sputum vocat id quod secũdũ naturã se habet, cui flauum admistum esse oportere inquit. Verbũ autem illud, vehementer, nonnulli quidem neq; omnino adiungũt, quidam ad flauũ, alij verò ad commistum referunt, vt sermo vterq; ita se habeat, commistumq; vehementer sputo, videri flauũ, vel flauum vehemẽter, commistum sputo. Sed prior sensus est artificiosior. Semper enim omniũ motus inæquales & eorũ quę plurimum distant complexiones, damnat Hippocrates. Experiẽtia quoq; ita esse probatur, neq; etiam ratio dubia est: non tamen eã nunc explicare foret opportunum. Quod autem verbum illud vehemẽter, ad commistum relationẽ habeat, ex iis etiam patet quæ subiunguntur, Si enim (inquit) multo post doloris principiũ expuatur flauum, vel ruffum, vel multam excitans tussim, vel non vehemẽter commistum, peius efficitur. Videtur enim in hoc loco Hippo-

43. & 44 Aph. 2 Prog. 11

Inæqualis motus ideq; eorum quæ plurimum differunt complexus damnantur

Hipp. 45. aph. 2. Progn.

po

pocrates quęcunq; in ſecundo ſermone dicuntur, iis opponere quę in primo dicebãtur, verbo quidem celeriter, id quod multo poſt principium doloris expuitur: verbo fa
5 cile, illa, multam excitans tuſsim illis verò, miſtum videri flauũ vehementer ſputo impermiſtum ſimpliciter, ac ſolum flauũ: tum quod ex vtriſq; commiſtum eſt, colore ſcilicet ſputi naturalis, & flauo vel ruffo, non
10 tamen vehementer. Sed & poſt hæc ſubiungens manifeſtùs dicet, ſuam adhuc mẽtem aperiens, his verbis: Nam flauum impermi
» ſtum exiſtens, periculoſum. Impermiſtum
» eſt autem id quod ſputo non commiſcetur
15 album autem, & viſcoſum, & rotundum, inutile. Deinde rurſus paulatim ad difficiliora ſermone progrediens. Malum autem quod viride eſt valde, & ſpumoſum. Ac deinceps addit: Si verò ita ſit impermiſtũ, vt
20 etiam nigrũ appareat: omni alio peius eſt. Ex propriis quidem morbi lateralis ita di-
» ſtinguere oportet. Sed præterea inſpicien-
» da ſunt omnia, quæ ſunt morbis acutis cõ-
» munia, quæ deinceps connumerat, ita ſcri-
25 bens: Sunt autem hæc bona, facilè perferre
» ægritudinem, bene ſpirare, & eſſe doloris
» expertem, & ſputum facilè expuere, corpus
» totum æqualiter calidum eſſe, & molle, &
» ſitim non habere: vrinas autem, & alui ex-

46. et 47. Aph. 2. Prog. Hactenus propria, nunc cõmunia epiphænomena. Hæc ex 3. pri. progn. & aliis, ſed maximè 56. Prog. lib. 2.

crementa, & ſomnos, & ſudores, quẽadmo
dum ſcriptũ eſt, ſingula bona eſſe percipe
re. Hæc itaq; bona ſigna. Quæ autem eo-
rum inſtrumentorũ quibus vis ſpirandi eſt
demandata, ſint propria, & quæ præterea 5
omnibus aliis morbis acutis cõmunia exi-
ſtant, continuatim deinceps inuicẽ ſcripta
ſunt. Atq; ipſis adiungens ſubinfert: Mala
autẽ ſunt his contraria: difficulter perferre
morbum, ſpiritũ magnum eſſe ac crebrum 10
non ceſſare dolorem, vix ſputum expuere,
vehemẽter ſitire, corpus inæqualiter ſenti-
re calorem, & ventrem quidẽ ac latera ca-
lida eſſe vehemẽter, frontem autem ac ma
nus frigidas, & pedes frigidos: vrinas verò, 15
& alui excrementa, & ſomnos, & ſudores,
quemadmodum ſcriptum eſt, ſingula hæc
mala eſſe cognoſcere. Scriptum autẽ eſt de
his, in eo volumine quod prognoſticũ in-
ſcribitur, in quo ſimilẽ huic ipſe tradit do- 20
ctrinã, qualem & nũc in ſputis: ſicuti enim
in his hoc quidẽ eſt coctionis ſignum, hoc
verò cruditatis, hoc autem mortis: & quod
coctionis eſt ſignum, ſi in principio ſtatim
appareat, properè ſalutem ſubſecuturam 25
oſtendit, quod autem cruditatis morbum
in longius tempus extendi debere: ſignum
autem exitiale, hominẽ moriturum ſigni-
ficat: & ſi valde exitiale fuerit, citò: ſi verò

re

remiſsius extiterit, in longo tempore: eadem in vrinis ipſis & alui excrementis, & reliquis omnibus de quibus eſt ſermo futurus, diſtinctio eſt adhibenda. Etenim hæc
5 omnia, nonnulla quidem coctionis, nonnulla verò cruditatis, & quædam etiam mortis indicia ſunt. Nigrum enim ſputum præter id quòd crudum eſt etiam mortem portendit. Sic & vrina nigra non cru-
10 da ſolùm, ſed etiam lethalis eſt. Eſt autem ſimpliciter crudum, quod album eſt ac tenue, quòd aquoſum nominamus.

Colligit breuiter quatuor illa in quibus temporum morbi coniectura eſt & ambiguitates prin-
15 *cipij leuiter annotat.*

CAPVT VI.

RVrſus igitur ad Aphoriſmum redea-
" mus, in quo ita ſcribitur: Acceſsio-
" nes autem & conſtitutiones morbi oſten-
20 dunt, & anni tempora, & circuituum ad-
" inuicem incrementa, ſiue quotidie fiant,
" ſiue alternis diebus ſiue longius tempus intermittant. Sed & ex iis quæ poſtea apparuerint, coniecturam accipere oportet:
25 velut in morbo laterali, ſi ſputum ſtatim morbo incipiente appareat breuem futurum ſignificat: ſi verò poſterius, lõgiorem, & vrinæ etiam, & alui excrementa, & ſudores, & bonam & malam criſim habituros,

& citò vel tardè finituros morbos,cùm ſu-
peruenerint,indicant. Nam hæc omnia li-
quidò ſunt eorũ quæ in Prognoſticis ſcri-
buntur, cõpendium:cùm antiquus author
ſola capita quæ in libro particulatim ſcri- 5
buntur, in Aphoriſmos trãsferre tentaue-
rit. Quænã igitur ſunt hæc capita? Sæpius
enim ea ipſa repetere mihi videtur melius,
vt qui mentẽ velit adhibere, diſcat & mor-
bi principiũ cognoſcere, & futurũ ſtatum 10
præuidere,hoc eſt, vt ipſe dicit,formã mor
bi,& naturam temporis,& acceſsionis cir-
cuitus,& quæ in morbis mox apparẽt. Erit
autẽ mihi ſermo in eodem exemplo,adhi-
bita breui diſtinctione de nominibus,qui- 15
bus,vt par erat, veteres vtebãtur ad ſolum
mentis conceptũ explicandum,quũ omni
ſtudio incumberent ad exquiſitam rerum
cognitionem. Iuniores verò ferè omnes
circa nomina ſuã conterunt vitã, minimè 20
de rebus ſoliciti. Principiũ igitur morbi
& primũ inſultũ indiuiſibilẽ primæ acceſ-
ſionis,veluti nũc quoddam,ſine latitudine
vocant. Sed etiam aliquod tempus latum,
quod etiã in ipſo nunc obſeruamus, quan- 25
do dicimus nũc eſſe hyemem vel æſtatem,
vel aliquod aliud tempus. Quòd igitur in
nullo ſermone tali,qualis eſt is, quẽ anteà
ſcripſimus, aphoriſmus, & multi alii qui
poſtea

Principÿ multiplex ratio.

postea dicentur, principium vocet Hippo
crates primū illum & indiuisibilem mor-
bi insultum, vnicuique liquet. Quomodo
» enim hoc verbo aphorismi circa morborū *10. aph.*
5 principia considerandū, si statim morbus *pri.*
» vigeat, in eo significatu dictum quispiam
» possit arbitrari? Vel illud : Incipientibus *29. aph.*
» morbis, si quid mouēdum videtur, moue: *sec.*
» cōsistentibus verò, melius est cōquiescere: *11. prog. 1*
10 Vel, si in principio morbi facies talis fue-
» rit: Nam facies illa *demortua de qua ista *νεκρώδης*
» dicūtur: neq; illo exquisitè principio mor- *morti simi*
» bi vnquā fieri potuisset. Eodē modo cùm *lis.*
» dicitur, In acutis morbis raro, & in princi-
15 piis vtēdū purgationibus: de principio in-
» telligitur quod ad tempus latū extēditur.
» Multo magis cùm scribitur: Circa princi- *24. aph. 1*
pia & fines omnia debiliora, circa statum
fortiora. Neq; in alio sensu dictum est: In *30. aph. 2*
20 quorū morborū principiis nigra bilis vel
infrà vel suprà exierit, mortale. Eodē mo-
do in libro de ratione victus quæ seruatur
in acutis morbis in cōnumeratione illorū *22. aph. 4*
vehemētiū accidentiū subintulit: Hæc au- *sub finem*
25 tem si in principiis appareāt, vehemētissi- *2. cōment.*
mū deliriū ostēdunt: vt plurimū autē mo-
riuntur. Eodē modo se habet etiā in apho-
rismo de quo paulò antè facta est mentio,
vbi inquit: Veluti in laterali morbo si spu-

tum ſtatim appareat in principio, morbũ oſtendit breuiorem. Neque enim primum exquiſitè inſultũ hoc loco ſignificat, tum quia huic ſenſui rerum natura repugnat, tum quia dicere non potuiſſet, pòſt appareant. Quomodo enim differẽt ab iis quæ ſimul inuadunt? Illa enim idem inter ſe, idem cum vniuerſo morbo principiũ habent manifeſtè. Pòſt apparẽt autem quædam ſtatim in prima die, quædam in ſecũda, quædam in tertia, quædam in quarta, quædam quum proceſſerit morbus.

12. aph. 1
Differunt principio παθογνωμονικά quæ propria dicũtur, & ἐπιφαινόμενα.

Perſequitur notiones principij, & de ſignis quæ coctionem indicant, diſſerit.

CAP. VII.

Vulgaris notio principij.

PRincipiũ verò ſecundum latitudinem communi quadam & prompta imaginatione in qua nullũ adhuc eſt artificium, in prima acceſsione cõtinetur. Atq; idcirco quædam ſtatim quum incipiunt, ſtatum accepiſſe dicũtur: quemadmodũ in primo epidimiῶν, vbi inquit: Statim enim continua eſt quæ incipiẽs floreſcit ac viget. Nã verbũ id, incipiens, hoc loco nõ dicitur de vero morbi tempore, alioqui repugnaret ei floreſcere atque vigere, ſed de eo quod ſubſequitur principium, exquiſitè dictum, quod

1. Epid.

Principiũ exquiſitè dictum.

quod vt plurimum, ad tertium extenditur
diem. Omnino enim febris hæc vbi prin-
» cipiũ illud indiuisibile fecerit, pòst sic vsa
» quodam incremento propriũ vigorẽ assu-
5 mit, quædam in prima die, quædam in se-
cunda, non tamẽ in primo insultu primæ
accessionis posset aliqua febris habere sta
tum. Sed siue in primo die siue in secundo
istum habeat, atq; hinc vsque ad integram
10 solutionem extendatur, nullũ sensibilem
alterius accessionis insultum accipiẽs, hæc
statim ab initio proprium habuisse statum
diceretur. Et hoc est quod ab Hippoc. di-
» citur. Statim enim continua est quæ inci-
15 piens florescit ac viget. Tale igitur est: Si
» sputũ in laterali morbo statim pòst appa-
ruerit in morbi principio, eũ facit breuio-
rem, id est, antequam secunda accessio in-
uaserit, adhuc enim lateralis morbus dice-
20 retur incipere, non solũ quãdo huiusmodi
accessio ascensum habeat vel statũ, sed in
tota declinatione, atq; omnino antequam
secunda inuadat accessio, quæ vt plurimũ
in laterali morbo tertio fit die. Quodcũq;
25 igitur coctionis signum pòst apparuerit,
breuem & salutarem morbum futurum
ostendit. Tale quidem est sputum quod in
morbo laterali apparet. Nam cuiusq; par-
tis in corpore superfluitas, eã quæ illi inest

Secũda accessio in pleur. ferè tertio die.

dispositionem ostẽdit, si cocta quidẽ fuerit, salubrẽ: cruda autem, ægram. Ita igitur & illa scripta sunt: Alui autem excremẽta « optima sunt, quæ mollia sunt, & cohærentia, & quæ eandẽ exitus horã seruant quã 5 in sanitate habuerũt. Quantitas verò esse « debet pro ratione cibi qui assumitur. Nã « si exeũtia talia fuerint, ventrẽ inferiorem « sanum esse indicant. Et sputũ quoq; cùm « fuerit exquisitè simile illi quod repurgatur sanis, integrã sanitatẽ instrumẽtorum spiritalium significat. Si quo modo autem impediatur, atq; à naturali recesserit habitu, tantũ ea læsa esse demonstrat, quãtum ipsam formã naturalẽ amiserit. Quod verò illi quod secundũ naturam est maximè contrarium, existit crudum: magnamque ostẽdit membrorũ patientiũ imbecillitatem. Quod vitiosæ causæ aliquod signum habuerit, quemadmodũ nigrũ, perniciosissimum hoc est. Ita etiã in vrinis se res habet. Nã & hæ quæ sanis simillimæ sunt, venosum instrumentorũ genus valde robustum esse demonstrãt: quæ verò crudiores sunt, eiusdem imbecillitatem significant. Quæ verò maximè sunt sanis contrariæ, hæ quidem omnino sunt crudæ, & maximam indicant imbecillitatẽ venosi generis vniuersi. Quæcunque verò & superantis

Alui excrementa 13. prog. 2.

Iudicium è sputis.

Vrina.

Line numbers in margin: 5, 10, 15, 20, 25

tis

tis causæ prauitatẽ ostendũt, veluti nigræ, hæ sunt penitus exitiales. Hæc igitur tria signorum genera, propriã cuiusque mẽbri coctionem significant: inferioris quidem ventris deiectiones, quæ secũdũ naturam se habuerint. Venosi verò generis, vrinæ. Instrumentorum autem quibus spiramus: sputa. Sicuti verò hæc, locorum ipsorum ex quibus excernuntur, indicia præbent: eodem vt arbitror modo, & vrinæ renum & meatuum per quos vrina defluit, & vesicæ, & penis. Sed vrinas quidẽ quæ in harum partium morbis accidunt, in Aphorismis separatim Hippocrates scripsit: quæ verò acutis accidũt ægritudinibus, in prognosticis: quoniã hic liber, vt iam sæpius ostendimus, de solis est morbis acutis. Et cùm in eodem libro compleuisset omnẽ de vrinis sermonẽ, postea in fine subiunxit: Non decipiaris autẽ si vesica quopiam vitio affecta, aliquam ex his vrinã reddiderit. Neq; enim totius signum sed ipsius per seipsum. Sicuti igitur vesicæ meminit, facto in ea sermonis exemplo: ita & renes, & vasa deferentia vrinam, & penem subaudire oportet. Maxima autẽ ad hæc demonstratio sunt, quæ ab ipso in Aphorismis sunt scripta. Sicuti enim vesicæ, ita & renum ægrotantium signa conscribit.

Tria genera signorũ quæ trium partium vim coctionis ostendunt. Vrinarum iudicium varium in Apho. & Progno. Prognosticon de solis morbis acutis est, aut inde natis. 37. Progn. 2.

Quibus, inquit, in vrina crassa, frusta carnis parua, aut veluti capilli exeunt, iis à renibus excernuntur. Hæc igitur tria signorum genera, vt dixi, singula quæq; coctionis præbēt indiciū. Vrinæ quidē eius quæ 5 fit in venis: deiectiones autem, eius quæ in ventre: sputa verò, eius quæ in spirandi instrumentis. Neq; vnquā vsu contingit, quin bonū aliquod magnū ostēdāt coctionis indicia. Hæmorrhagiæ autē & sudo- 10 res, & tumores qui iusta aures fiunt, & reliqui defluxus, si in tēpore quidē fiant opportuno, prodesse possunt: intempestiua autē, nihil iuuant. Quo fit vt mihi videatur hæc eadē innuere in libro de humori- 15 bus, vbi scribit, *Decernētia in melius nō statim appareant. Etenim non hæc tantū, sed difficultas anhelitus, & dementia: & lacrymæ, & vigilię, & graues somni, & tenebræ obortæ oculis, & hallucinationes, & 20 *ventriculi fastidia, & oris stomachi capitisq́; dolores, reliquíve casus atq; dolores qui singulis partibus corporis eueniunt, exigunt distinctionē, & quando iuuent, & quando noceāt, & quādo non modò nihil 25 prosint, sed etiā signa sint *deteriora. Quēadmodum igitur principii vocabulū, nullum determinatum tēpus significabat, eodē arbitror modo neq; id verbū, * statim:

[Marginal notes:] ἀποσκήμματα. * τὰ κρίνοντα ἐπὶ τὸ βέλτιον. * *Anxietas, si Græco ἀλυσμὸς vel aliquid tale legitur.* * μοχθηρότατα. * αὐτίκα *statim ambiguum.*

tan

tantam verò tẽporis latitudinem obtinet, quantam & principii nomen. Liquet autẽ quòd etiã sæpius pro*ilicet, aduerbio statim vtimur: veluti in eo dicto videtur vsus Hippocra. Insunt autẽ modi & cõstitutiones singulis hisce febribus: statim enim cõtinua florescit ac viget: nã hoc verbũ statim, nihil significat quàm licet: quẽadmodum, vt arbitror, in libro de Ratione victus, quæ in morbis acutis seruatur, vbi ita inquit: Nisi ergo quispiam curet quãtũ decet, sufficientẽ esse modũ huiusmodi sorbitionis ptisanæ, sæpiùs nocebit: quibus enim stercus statim obseratũ fuerit, iis si quis nondũ vacuato vẽtre sorbitionẽ dederit &c. Id verbũ, statim, tale aliquid significat. Sunt autẽ eius verbi significatus quàm plurima exẽpla & apud omnes alios Græcos & maximè apud Hippocr. Ad alterũ autẽ trãsgrediamur. Quũ enim inquit: Signa decretoria nõ statim appareant: hîc statim quàm primum significat, hoc est, in principio morbi. Nõ sunt autem eadẽ decretoria, & quæ coctionis indicia dicũtur: nõ enim fieri potest, quin illa omnino vel bene vel malè decernãt. At verò coctionis signa salutem quidẽ hominis, non tamen per crisim omnino, futuram ostendunt. Neq; enim si subitã in morbo mutationẽ

** ἀμέλει sine mora, quàmprimũ promptè, citò, celeriter.*

Pri. cõmẽ.

Alia signa critica, alia peptica.

intellexeris,neq; si præcedentē perturbationem,necessariò coctionis signa horum aliquod erunt,cū illud accidere poßit,vt morbus in lōgiori tempore paulatim coctus,ad integram deueniat solutionem. 5
Ostendetur autem & in sequētibus adhuc manifestius,quomodo differāt omnia decretoria symptoma à coctionis signis. Nunc verò hoc tantū ostendisse sufficiat: Coctionis quæ in spirandi instrumētis fit, 10 sputa:eius verò quæ in venis,vrinas : illius autē quæ in ventre,excrementa,signo statuere oportet. Et in febribus omnibus, quoniā venosi generis sunt paßiones(nā & arterias in hoc genere comprehendi- 15 mus)ad vrinas præcipuè attendere oportet.In iis autē qui laterali morbo afficiuntur,primùm quidē sputa,secūdo loco vrinas: quoniam is morbus omnino cū febribus iungitur. In paßionibus autē ventris, 20 si sine febri fuerint,sola excremēta inspicere oportet:si autē cum febre,etiā vrinas.

Distinguit proprium principium morbi ab aliis,vim pepticorum signorum à criticis.

Principiū proprium morbi coctione definitur. 25

CAP. VIII.

PRoprium igitur vniuscuiusque morbi principiū coctionis signis determinatur .Differt autem ab eo,quod secundum

lati

latitudinẽ principiũ dicitur, quodq́; nullum habet artificiũ, & quod vltra tertium diem extendi intelligitur: ſicuti etiã in libro prognoſticorũ manifeſtiſsimè oſtẽditur. Nã cùm antea dixiſſet: Si in principio morbi talis fuerit facies, poſtea ſubiungit: Si autem longior morbus fuerit quàm triduanus, aut *quatriduanus: principiũ ſecũdum latitudinẽ manifeſtè nobis oſtendẽs vſq; ad tertiũ diem extendi. Verùm autẽ vniuſcuiuſq; morbi principiũ, quod etiã partem ipſius eſſe diximus, vſq; ad multos quaternarios extendi contingit: tũc enim primum finitur: cùm coctionis ſigna apparuerunt. Reliquum verò deinceps tẽpus vſque ad ſtatum, iam alterum tempus eſt, quod augmentũ & aſcenſus nominatur. Deinde poſt hæc ſtatus, qui eſt vehementiſsima totius morbi pars. Vltima verò omnium eſt declinatio. Coctionis igitur ſigna (ſæpiùs enim quæ vtilia ſunt, repetere conuenit) nũquam malè apparẽt decretoria autẽ eſt vbi malę: neque enim in augmẽtis, neq; in principiis, ſed in ſtatibus illa apparere cõuenit. De iis quidem quę in augmẽtis ac ſtatibus apparẽt, poſtea dicemus. Iam verò de iis quę videntur in principiis, dicamus: illud priùs ad memoriã reuocantes, quòd in reliquo ſermone qui ſequi

5 · 10 · 15 · 20 · 25

12. Progno. 1.

**Quatriduanus in codice Græco Progno. omittitur neque vertitur à Celſo.*

Deſcribit tempora morborũ.

quitur, duo principii ſignificata præter-
mittentes, & primi inſultus qui ſine latitu-
dine eſt, & alterum primæ acceſsionis, de
ſolo tertio diſſeremus, videlicet crudita-
tis: nam & huius artificioſa quædã cogni- 5
tio, & plurimum oſtendere natura aptum
eſt. Neque igitur ſudores, & vomitus, &
alui excrementa, neq; tumores poſt aures,
neq; profluuia ſanguinis ſi hoc tempore
appareãt, vnquam per criſim ægritudines 10
finierunt. Hæc igitur iam etiã veluti cau-
ſæ, morbos finire creduntur. Quæ verò
veluti horum ſigna ſunt indicatiua, deli-
ria exiſtunt, atque vigiliæ, & ſomni gra-
ues, & dolores, & lacrymæ, & difficultates 15
ſpirãdi, & tenebræ oculis obortæ, & quæ-
cunque ſimilia. Etenim hæc ſi abſque co-
ctionis ſignis apparuerint, ſunt peſsimarũ
diſpoſitionum indicia. Hęc igitur vniuer-
ſa tum veluti cauſæ tum quæ vt ſigna cri- 20
ſis, non ſtatim appareant, hoc eſt, non in
primo morbi tempore, quando incoctus
morbus eſt. Reliqua autem tria quæ co-
ctionem oſtendunt ſigna, etiam ſi in pri-
ma protinus acceſsionis hora apparue- 25
rint, ad bonum apparent.

Explicat locũ Hippocratis.

Principium proprium morbi quandiu crudus morbus.

CAP. IX.

RVrsus repetentes dicamus: Hæc vniuersalia morbi tempora ex morbis ipsis primũ coniicere oportet, quantũ ex-
5 tendi debeãt, deinde ex anni tẽporibus, & circuituum proportione, & præter hæc omnia ex pòst apparentibus, in quibus prima & præcipua sunt signa coctionis, ex quibus principiũ suis finibus circũscriptũ
10 exactè posſis dignoscere. Ex hoc autẽ futurum statũ cõiectura artificiosa, quã paulò pòst aperiemus, agnosces. Voco autẽ cõiecturam artificiosam, quæ propè ad veritatem accesserit. Sicuti igitur nõ habetur
15 exquisita principii cognitio antequam incipiat ascensus, ita neq; ascẽsus antequàm status inuadat. Exercitandũ est & hoc in loco, vt *ingruentẽ statũ cognoscamus, deinde præcognoscamus. Quoniam verò &
20 horum omniũ dux est Hippo. æquũ est vt hoc in loco eius verba exponẽtes, sermonẽ transigamus. Præstat verò fortaſsis, antequàm aggrediamur hæc facere, pauca quædã eorũ quæ nuper diximus, appone-
25 re: quod enim prius tanquã morbi partem principiũ inuenire quęrebamus, vtrũ ęqualis sit tẽporis in omnib⁹ morbis, aut in singulis propriũ tẽpus habeat (de quo dixim⁹ Thessalũ delirũ illud inuenisse præceptũ,

Artificiosa coniectura.

** Vide nũ instantem aut præsentẽ vertere oporteat.*

Opor

Oportet in vnoquoq; morbi principio ad ſtringere, etiã ſi morbus ex conſtricta fuerit cõmunitate) primus omnium Hippocrates diligentiſsimè oſtendit: non tamen quid ille dicat, intelligũt, ob enarrationis breuitatem. Impræſentiarũ autẽ ſufficiat, ex vno dicto priſci autoris mentẽ explanare. Nam & alia, niſi quis omnino indiligens fuerit, ſimili modo quiſpiã inueniet. In medium autẽ adducemus iſtum Aphoriſmum: Cocta medicari & mouere, non cruda, neq; in principiis, niſi furerẽt: quod verbũ propriè de animalibus dici conſueuit quæ ad coitũ rapiuntur: tranſlatũ autẽ eſt ad eas quæ properant & celeriter mouentur ægritudines, & præcipuè quum laborantis ſenſus ab inordinata humorũ & ſpirituum agitatione irritatur. Nã in his tantum quiſpiã rationabiliter pharmaco vteretur, quum per ſe habet adiuuantẽ ad faciliùs attrahẽdum ſuperabundantiũ humorum motũ: quemadmodũ qui præter id quòd omnino crudi ſunt, cùm ſtabiles etiam & fixi ſint, purgantium medicaminum tractibus difficulter obediũt. Sic etiã illa dicta ſunt: Quicunq; inflammationes ſtatim in principio morborũ ſoluere tentant, de eo quidem quod intentum eſt atque inflammatum, nihil adimunt: neque enim

22. aph. 1.

ὀργᾶν furere quid.

Cõment. 4. ratione victus in acut.

enim cedit cruda adhuc paſsio: quæ verò morbo reſiſtunt, & ſana ſunt, colliqueſcere faciunt. Sed harum rerum contemplatio ad eos pertinet libros, in quibus de Curandi arte tractatur. Quòd verò Hippocr. vocet principium totum illud tẽpus morbi in quo omnino crudus eſt, iam liquet. Nam cùm antea dixiſſet quòd cocta pharmaco purgare oportet, ſubiũxit, Non cruda, neq; in principiis: ac ſi principium exiſtat, quãdo crudus incoctusq; eſt morbus.

Quomodo coctione principium terminatur, ita initium ſtatus incrementi finem definit: ſtatus autem intelligitur extremis laboribus, morbo acceſsione & accidentibus.

CAP. X.

Quomodo igitur (nam rurſus repetenda ſunt quæ priùs cùm de ipſis loqueremur omiſimus) terminum aliquẽ quiſpiam ita manifeſtum præfiniet vltimę parti aſcenſus, quemadmodum fini principii? Quomodo aliter quàm ſtatus indicia inſpiciendo? Dicit autem & hæc Hippocrates in vno quidem ſermone: In principiis quidem omnia ſunt imbecilliora, in ſtatu verò fortiora. In altero verò, hoc: Vbi quidem peracutus eſt morbus, ſtatim extremos labores habet. Quomodo igitur hoc ipſum cognoſcimus, quòd nunc for-

30. aph. 2.

7. aph. 1.

tiſsima ſit ægritudo, & maximas habeat accesſiones? Si enim ſimul atque ex toto debeat fieri tranſmutatio, (quod per criſim impræſentiarum dicemus terminari) principiũ criſis poſtrema parte incremẽti 5 definiri debet. Si verò paulatim, ad eas quę fiunt in periodis accesſiones eſt attentandum. Si enim celerius, & lõgiori, & magis (vt ipſe dicebat) fiant, liquet morbum ad ſtatũ aſcendere, atq; augeri: ſicuti cùm ad 10 cõtrarium mutatio ſubſequitur, ceſſat atque declinat. Contingit autem nonnunquàm duas accesſiones, vbi maximè factæ fuerint inuicem æquales, ſtatus tempus circumſcribere: nonnunquam verò vnam o- 15 mnibus aliis præcedentibus reliquisq; ſequentibus eſſe maiorem. Ad tres autẽ extendi accesſiones ſtatus tempus, in morbis acutis non admodum accidit. In diuturnis verò, non modò ad totidem, ſed longè plu 20 rimas. Ita quidem cognoſcere oportet tempora vniuerſalia, aut cùm fiunt, aut nuper facta: ſed quæ futura ſunt, alio modo.

Coniectura è deiectionibus, qualis antè fuit è ſputo. CAP. XI. 25

Naturale alui excrementum.

QVi vt magis clareſcat audientibus, neceſſe eſt priùs dicere de alui excrem[...]tis, & de vrinis, ſicuti etiam priùs diximus & de ſputis. Alui igitur excremẽ- 30 tum

» tum optimum (ait Hippocrates) est molle, *13.apho.2.*
» atque coniunctum, quod ea hora exierit, *Prog.*
» qua tempore sanitatis consueuerat: quan-
» titas verò eius sit pro ratione cibi assum-
5 pti, hoc est, ab ipsius consistentia, & quan-
» titate, & tempore excretionis, facit dino-
» tionem. Quia verò inferiorem ventrem *Inferior*
sanum ostendunt huiusmodi excrementa, *venter.*
» idcirco subiungens inquit: Tali enim exi-
10 stente exitu, inferior venter sanus erit.
Nunc verò inferiorem ventrem vocat, ad
differentiã thoracis. Propterea igitur neq;
coloris meminit excrementi, quoniam nõ
magnam vim habet ad inferioris ventris
15 dispositionem indicandam. Nam quòd id
excrementum sit bene concoctum, suffi-
ciunt indicia prædicta, quòd videlicet sit
molle, atque coniunctum, & non antici-
pet tempus naturale, neq; posterius exeat:
20 & eius quantitas sit pro ratione ciborum
assumptorum. Sicuti verò si hæc omnia
adsint, omnino coctum est: ita non etiam
si horum aliquid non adsit, omnino inco-
ctum est: fieri enim potest, vt hic quidem
25 vẽter circa proprium opus robustus sit: sed
vel propter vehementem adiacentiũ par-
tium caliditatem exugatur atq; exiccetur
quod bene concoctum fuerit, aut propter
distributiõis imbecillitatẽ humidius quã

oporteat egeratur. Quod quidem molle & coniunctum est, concoquendi vim validam esse liquidò ostendit, ac digestionem optimè fieri, ac pręterea nullā ventris partibus inflammationem esse. Sicuti verò id verbum læue, prætermissum esse videtur, nam quod bene cōcoctum sit, id protinus etiam læue esse oportet. Hic non rectè discernit: nam quod coniunctū est, fieri non potest quinetiam læue sit, nam vnitum oportet esse in partibus omnibus, & veluti vnū existere exquisitè, si verò aliquæ quidem eius partes separatæ & asperæ, & duræ viderentur, aliquæ autem humidæ & aqueæ, quomodo hæ forent simul iunctæ? Nam hoc pacto adinuicem dissoluerētur, & asperæ quidem & duræ partes seorsum cōsisterent, humidæ autem tanquā aqueæ & tenues adhuc remanentes nō possent solidis alligari, neq; vllam per se cum illis habere cōmunionem: circumfluentes verò vndequaque, & diffluentes, inæquale, neq; vllo pacto coniunctū facerent excrementum. Quod igitur quidem tale est (dico autem molle atq; coniunctū) omnino ventris sanitatē ostendit: sed simul etiam illud indicat (vt dixi) nullū ex iis quæ circumiacent membris, aliquo modo pati & digestionem optimè fieri. Nam vbi ipsa nō in-

teg.

ægrè fieret omnino humidum esset excrementum. Si verò excretionis seruetur tempus quod fuerat in sano corpore, ex eo liquet neq; coctionis tarditatem adesse, ne-
5 que vllam potentiæ vel retinentis vel expellētis imbecillitatē: nam si tardiùs quàm oporteat excernatur, coctionis tarditas, aut motus quo per intestina defertur, ostēditur: si autem citius, potentiæ retinentis
10 debilitas: neque id euenit propter robur alteratricis: cùm fieri non posit, vt qui ægrotat, acutè præsertim, ventrem habeat robustiorem quàm sanitatis tēpore, cùm bene cum eo agatur, si nō multum sit im-
15 becillior. Si verò cum aliquo morsu celeriter exeat, id ex irritatione quapiam contingit, neq; robur aut imbecillitas aliqua exinde significatur. Sed si sine morsu aut aliquali accidente in tempore opportuno
20 excernatur, tres ventriculi vires vigere demonstrat, alteratricem, retentricem, & expultricem. Quòd verò quatuor sunt vires in qualibet nostri corporis parte, alibi ostēdimus, neque nūc oportet aliquid horum
25 ita incidentium demōstratione perdiscere: quoniam de his singulis separatim scripsimus. Reliquum est igitur, vt ostendamus oportere alui excrementa quæ emittuntur, ad ea quæ intus assumūtur, seruare

proportionem. Excrementum igitur molle atque coniunctum, & quod horam quæ excernebatur sanitatis tẽpore, seruat: nisi etiam seruauerit ad ea quæ intus assumuntur conuenientem proportionem, aliqua 5 eius pars intra cæcum, & id quod vocatur colon intestinum, retinetur, aut in aliis tenuibus inuolucris. Non est autem hoc neque sicuti signum, neq; sicuti causa bonũ: sicuti signum quidem, quoniã vim expul- 10 tricem nominatam ac propulsoriã debilẽ esse significat: sicuti causa autem, quoniã ibi quædam superfluitates intus remanẽt, quas potius emitti oportebat. Itaque quod habet hæc omnia prædicta signa excremẽ- 15 tum, firmiter indicet inferioris ventris sanitatẽ. Quòd si ex his vllum deficiat nonnunquam ipsius vẽtris aliquẽ affectum significat, aliquando autẽ digestionem esse offensam, aut aliquod circumstãtium or- 20 ganorum nõ esse sanum, aut aliquod accidens* obtinere, sicuti & in morsu dicebatur. Quódnã igitur erit exquisitè secũdum naturam se habens excremẽtũ? Quod neque in ventre, neq; in circumstantibus or- 25 ganis aliquod erratum esse significat. Tale autẽ est quod præter ea quæ prædiximus, omnia etiam illa duo recipit, quæ Hippocrates ipse scribit deinceps in hunc modũ:

*κρατεῖν.

Sub

» Subruffum autem erit, & non admodum
» fœtidum. Si enim ruffum purum, vel nullo
modo subruffum extiterit, sed etiam secũ-
dum ciborum colorem alterum duorum
5 significat, scilicet plus * ruffæ bilis in ven-
trem defluere, aut nihil omnino. Horum
verò primum quidem si circa initia fiat, bi
liosiorem morbum ostendit: si verò decli-
nationis tempore, corpus integrè expurga
10 ri. De his quidẽ in sequentibus exquisitiùs
dicemus. Incoctum autem excrementum
est tenue, & asperum, & humoris expers, &
quod ex cibis seruat qualitatem. Secũdum
præter hæc est excrementorũ genus, quod
15 non ex ciborũ fit dispositione, sed ex con-
fluentibus ad ventrem ex toto corpore su-
perfluitatibus, quod aliquid potest indica-
re, veluti id quod paulò antea purum ruf-
fum dicebamus. Sed hoc quidem, quando
20 amarębilis humor impermistus, & multus
ad ventrem fluxerit, existit. Viridæ autem
est æruginosæ bilis indiciũ: sicuti nigrum,
vel atræ bilis, vel sanguinis in eo loco per-
usti. Si autem veluti liuidum quoddam in
25 excremento apparuerit, vbi non fuerit ta-
le aliquid intus assumptum, partium infer
narum validum frigus ac velut mortifica-
tionem indicat. Si verò pingue, vbi non
fuerit tale aliquid assumptũ, pinguis colli-

17. Pro-
gno. 2.

* ὠχρᾶς
pallidæ.

quationis eſt ſignum: quinetiã viſcoſum, niſi & hoc ex cibi natura tale ſit, colliquationis eſt indiciũ. Sed quod quidẽ pingue eſt, ex pinguedine fit liquefacta: quod verò viſcoſum, ex ipſis ſolidis animalis partibus contabeſcentibus, quare multo grauius. Et quidem quod vehementer fœtet, ſi etiam hoc ex cibo non accidat, vehemẽtem putrefactionem oſtendit. Vt autẽ ſummatim dicamus, in omnibus niſi pro cibi qualitate talia fuerint excremẽta, ita oportet affectionem conſiderare: adeò vt ſicubi hoc taceatur, ſubintelligere tamẽ oportet. Et quæcunque ab Hippocrate in prognoſticis dicuntur, ita dicũtur: ſemper diſtinguentibus nobis, ſi quid ob aliud aliquid, non propter ægritudinem fiat. Reliquum eſt vt de ſtridente & ſpumoſo & vario dicamus. Stridens quidẽ, ab eo qui inſit ſono cùm excernitur, nominatur. Indicat autem ipſum excrementum, flatulentum quid cum tenui humiditate habere permiſtum, organa autem in vnum coacta atq; in anguſtum reſtricta. Spumoſum verò fit (ſicuti etiã in exterioribus accidit) *cùm ſcilicet feruor ineſt, vel aliquis flatuoſus ſpiritus tenui humiditate commiſtus eſt. Primum, immoderatæ caliditatis corpus colliquantis: ſecundum verò eſt inæqualis

*per

*Rectius legitur, Spiritu aliquo vel feruẽte vel flatuoſo cũ humore cõcitato & pugnante, vnde inæqualis perturbatio humore alio mordẽte, alio inflante.

*perturbationis effectus. Varium autē, variis corpus affectibus obnoxium ostendit, ob hoc igitur & diuturnum & malignum existit: multi enim affectus ad coctionem longiori indigent tempore, periculumque afferunt * multitudini æquale. Nam simplex affectus facilius cōcoquitur, & minus est quàm multiformis periculosus. Sic quidem de excrementis iudicare oportet.

*Ταραχῆς melius quàm ἀρχῆς.

*πῦρ πλῆθει melius quàm πάθει.

Iudicium ex vrinis. CAP. XII.

DEinceps de vrinis dicamus. Ex his igitur illa optima est, quæ vrinæ sanorū simillima. Quæcunque verò non est talis simpliciter, incocta est, vel præter hoc & perniciosa. Coctum igitur & incoctum nomine quidem sunt vnum, sicuti sunt genere: plurimam verò in eo quòd magis aut minus, differentiam habēt. His igitur etiā manifestissimos terminos tentemus apponere, quibus quod est in medio, secernatur. Quæ quidem optimè cocta, in iis qui supremum sanitatis obtinent gradum, considerare oportet: talis enim est subruffa, & subflaua, magisque subruffa, quàm subflaua: statim verò & hæc mediocrem crassitatem habet. Nam quæ seipsa crassior est, vel tenuior, coctionem imperfectam significat. Siquidem altera nondum in * humorem conuersa est, altera verò adhuc cōtur-

26. Prog. 2. & deinceps.

Optima vrina.

Fortasse χύμα.

bata eſt. Hoc autem intelligere licet ex iis quæ tenues ac puræ excernuntur, poſthac verò vel remanēt ſemper tenues, aut paulò pòſt conturbantur: quoniam vtræque co-ctione carent: eò autē differunt, quòd alte- 5 ra nōdum cōcoqui cœpit: alteri verò quo-niā flatuoſi ſpiritus ipſi permiſti ſunt, per-turbatio, veluti in nouis vinis adhuc ferue-ſcētibus, ineſt. Nam cùm triplex ſit vrina-rum turbidarū differētia, quia vel cùm ta- 10 les miſtæ fuerint, paulò pòſt reſident, vel ſemper ſimiles permanent, vel puræ quidē minguntur, poſteà verò conturbātur: pra-ua quidē eſt ex dictis tertia, bona autē pri-ma, media verò inter vtranq; ſecūda: quo- 15 niam quæ ſtatim quidem reſidet, parum aliquid inæqualis turbulētiæ ſupereſſe de-monſtrat: quæ verò ſemper manet ſimilis, vigere adhuc quæ eſt in ſanguine, agitatio nem oſtendit. Quæ verò extrà conturba- 20 tur, debet incipere concoqui: quare opti-mo iure ea peſſima eſt, & longiori tempo-re & virtute forti indiget ad coctionē. Sed quæ turbulenta mingitur, ſtatimq; ſubſi-dentiam bonam habet, morbum haud ita 25 multo pòſt concoquendum ſignificat: at-que idcirco melior. Medio autem loco ſe habet *ſecunda: nam ea quæ ex vigente fit conturbatione, quātum malitia differt ab

ea

quod liquorē vrinæ peculiariter ſignificat, diſtinctiū ab iis quæ vocant παρυφιστάμενα.

Triplex differētia vrinæ turbidæ.

** ἡ λοιπὴ καὶ τρίτη Græcè, ſed hîc melius ſecunda legitur.*

ea quæ adhuc futuram perturbationem si-
gnificat, tantũ superat eam quæ iam quie-
scentem obtinet. Quæ verò ad summum
incocta est, has omnes vincit. Est autem
5 aquosa exquisitè, neq; iam coqui incipiēs,
qualis turbulenta: neq; in spe, vt coqui de-
beat, sicuti quę paulò pòst perturbatur, sed
veluti desperatæ coctionis accidens: quæ
talis est, venosæ naturæ pasſionem signifi-
10 cat, qualis est in ventre extrema coctionis
priuatio. Quum verò etiā celerius mingi-
tur in vas vrinarium, vocatur à nonnullis
ὕδερος εἰς ἀμίδα hæc pasſio, alii διαβήτην,
quidam verò alius antiquus vrinæ proflu-
15 uium nominauit: sed de nominibus alibi
consideratur. Verùm hæc pasſio talis est,
qualis circa aluū Leuitas intestinuior, ex-
tinctio (vt diceret quispiam) vtriusq; virtu
tis, & retentricis, & alteratricis. At hæc in-
20 ter oēs vrinas crudas pesſima existit: sed
post ipsam est aquosa: quæ, quātū quidem
ad cruditatē attinet, priori similis est: sed
quia nullū aliud malum commonstrat, mi
nus perniciosa. Illa enim nō modò virtutis
25 alteratricis, [sicuti alba & tenuis] sed & re
tentricis imbecillitatē extremā significat,
hęc autē alterius solius alteratricis. Quāto
autē plures instrumentorū cuiusque gene
ris actiōes & vires impeditę fuerint, aut ex

Pesſima vrina.

toto

toto perierint, tanto deterior est morbus. Atq; idcirco pessimũ est vrinæ profluuiũ, quoniã duplex est vitiũ. Praua autem sufficienter est, quæ tenuis & alba est, sicuti aqua: nam simplex quidẽ est dispositio, sed vltimæ est imbecillitatis indicium. Huic proxima est altera vrina, quæ in multis apparet morbis, vt videatur mistam habere formã vini tenuis atq; albi. Eius autẽ generatio est ex ea quam nuper diximus alba & aquosa, vt quæ paucũ* liquorẽ ex bili ruffa susceperit. Nam & si exterius in aquã purã aliquid ochræ inieceris, talis tibi aqua repræsentabitur. Hæc quidẽ vrina proximè accedit ad crudam. Post hanc est subpallida. Pallida verò iam & subruffa est. Si enim in aquã inieceris vel ruffi coloris parũ, vel pallidi multum: simile tibi videbitur: hæc verò, quantũ ad colorem attinet, concocta est. Oportet autem tantum eam discedere sua crassitudine ab aquosa, quantum colore, siquidem bene concoqui debeat. Optima autem omniũ vrina, subruffa ac subflaua est, quemadmodũ & anteà diximus, veluti si etiã extra tale quid facere velles, partẽ sanguinis subtiliorem atq; serosam ac bilẽ ruffam aquæ permiscens. Sermone autem non possum exprimere mistionis quantitatem, sed vel ab altero oportet addiscere

*ἰχῶρα.

discere de optima vrina, aut per teipsum experiētia percipere, qualis sit vrinæ secūdum naturā se habentis forma, eam in sanis corporibus perquirēdo. Nam cùm ad-
5 huc coquitur sanguis, vrina quæ mingitur, læuem & æqualem & albam subsidentiam ac multā facit: iam verò perfecta coctione color quidē vrinæ intēditur, minus autem subsidet. Et si longiori pòst hoc tempore
10 hominē à cibo prohibueris, videbis ipsam fieri continuò magis ruffam. Nam & in cōmentariis de potētiis naturalibus, ostendebatur, quicquid alimenti supramodum calefit, & præsertim si pingue fuerit, &
15 dulce, verti in amarā bilem. Quoniā verò & flauam & ruffam & pallidam nominant huiusmodi bilem, plenió; sunt medicorū libri, in quibus hoc vel illo modo appellatur, sicuti in quibusdam indifferenter: me-
20 lius est hoc in loco illud rursus annotare, vt exactius quis dicta assequatur, quòd ruffus color ad flauū proximè accedit: in hoc autē differunt, quòd alter magis ad albū, alter ad splendidū vergit. Nam & ama-
25 ra bilis aliquādo ruffa apparet, aliquando flaua, sæpius autem & pallida tibi videtur esse. Siquidem albior & turbulentior facta sit, ruffescit. Si verò splendens sit & purior, flauescit. Nam quod veluti igneū in bile splen-

Ruffi & flaui differentia.

ſplẽdet,ipſam reddit flauiorem. Quantum verò flauo ruffum eſt albius, tantum illo pallidum: quanto rurſus minus album eſt flauum,quàm ruffum, tantum flauo rubicundum:quia & ſanguinis color nonunquam flauior exiſtit, nonnunquam rubicundior apparet:vnde & ſanguinẽ ipſum aliquando flauum, aliquando rubrum dicunt. Nonnunquàm verò ſanguis maximè flauus eundẽ habet cum bile ad ſummum etiam flaueſcente colorem:ſed eſt illa quidẽ flauior,ſanguis verò rubicundior:nam qui apprimè flauus eſt ſanguis, medius eſt inter bilem ac exquiſitum ſanguinẽ in iis qui ſecũdum naturam ſe habuerint:quare ſi vterque humor in ipſo coniungatur, nunquã fiet exquiſitè flauus, ſed ſeipſo tamen magis flauus. Hæc igitur cauſa eſt, vt appellationes confundantur. Quantũ autem ad vſum refert, facillimum inuenire eſt quòd vrinarum quæ ſecũdum naturam ſe habẽt,terminus eſt in optimè ſanis corporibus,primum exactę coctionis ſanguinis tempus:& qui hanc fuerit contẽplatus, deinde veluti regulam aliarum vrinarũ ſibi ſtatuerit,quęnam ipſam mutãt diſpoſitiones,facilè inueniat nam ſi colorẽ exquiſitè ſeruauerit,ſubſiſtẽtiam verò albam,& læuẽ,& æqualem,& multã fecerit,ſic quidem

dem coctionis etiam signum* exquisitum fuerit: plus autẽ de humore qui crudus nominatur, euacuari demõstrat. Propterea & in pueris omnibus fere, & perfectam ætatem habẽtibus qui otiosam vitam degunt, aut quouis alio modo pleni sunt satis multam habent vrinæ subsidentiam, quoniam in his omnibus plus est de incõfecto & crudo humore: his quidẽ propter desidem vitam, illis verò propter satietatem: pueris verò & ob satietatem (voraciores enim sunt) & ob id etiam quòd vna vẽtriculi operatio non potest duobus simul sufficere, augẽdo scilicet atq; alendo: antequam ergo in se ipso sufficienter alimentum decoquatur, ipsum ad se corpus trahit, atque hinc fit vt plurimum crudi humoris coaceruet. Hæc quoque causa est, vt iis qui ex otio & repletione febricitant, si sanitati restitui debẽt, necessariò plurimum subsideat: contrà, iis qui ex inedia & labore, ruffæ quidem & biliosæ vrinæ: soluitur enim morbus priusquàm aliquid subsideat plerunque: sufficit enim in his & nebula, & suspensio bona: talis autem est alba, & læuis, & æqualis: nam & ex ipsis sanis qui multum laborant & pauciori cibo vescũtur, sunt vrinę biliosiores: quare neq; simpliciter Hippocrates vituperauit vrinam ruffam, sed quãdo simul

cum

*Non sine suspicione exquisitũ additur.

Adde siuis intempestiua exercitia.

cum ruffedine habuerit ſubtilitatẽ. Ita igitur inquit: Donec ruffa fuerit vrina ac tenuis, morbũ crudũ ſignificat. Liquet autẽ quòd neq; aliquid ſubſidet huiuſmodi vrinis: neq; enim cõtingit, vt quæ tenuis abũ 5 dè fuerit, vel ſi multo tẽpore quieta ſteterit aliquam recipiat ſecretionem: adeò vt craſſior pars quæ in ipſa pendebat, ſubſideat: tenuior verò ſuperferatur: nã hoc ſolũ aduenit iis quæ aliquam craſsitudinẽ habẽt. 10 Non tamen ſi etiã mediocriter craſſa fuerit, & quid exiguũ quod ſubſideat habuerit, iã cocta erit. Si enim vel farinæ hordei craſsiori, vel foliis, vel furfuribus ſimiles ſubſidẽtias habuerit, vel nigras, vel virides, 15 vel liuidas, vel fœtidas, pręter id quòd quęcunq; tales ſunt, cruditatem habent, etiam alioqui ſunt pernicioſę. Nam farinæ hordeaceæ craſsiori ſimiles duarũ ſunt diſpoſitionum indicia, grandis ſcilicet colliqua- 20 tionis, & caliditatis ęſtuoſæ, quę ſanguinẽ frigit. At quæ folia repræſentãt, ſunt vaſorũ partes ſuperficiales, quæ ſcilicet omnino ſunt reſoluta, ac contabuerũt. Ita & furfureæ prætérquã quòd hę craſsiores ac mi- 25 nores ſunt, foliis autẽ ſimiles latitudinem ac tenuitatem maiorẽ obtinent. Nigræ verò ſubſidentiæ vel excedẽtem caliditatem atque igneam oſtẽdunt, vel ex frigiditate

vehe

vehemẽtem extinctionem. Sic enim & extrinſecus noſtri corporis partes nigro affici colore videmus, partim ſcilicet ex nimio colore, vt qui ſe ſoli expoſuerũt: partim ex
5 vehemẽti frigore, & veluti mortuæ, quemadmodum in ſenibus, aut quibuſcunque aliis ſupra modũ refrigeratis. Ipſarum itaque vrinarum color niger, atq; etiam earũ quæ in ipſis attolluntur aut ſuprà vehũ-
10 tur nebularum, ad eaſdẽ cauſas refertur, calorem ſcilicet immoderatũ, aut mortificationem ex refrigeratione vehemẽti. Peſſima igitur eſt omnis vrina denigrata, adeò vt neminem vnquã ſeruatũ viderim ex iis
15 qui talem vrinam minxerunt. Minus verò pernicioſa, ſi ſolum id quod ſubſidet nigrum fuerit: atq; adhuc minus, ſi ſolum id quod in medio iacet: ac multo minus etiã, ſi nebula. Color verò viridis fit in tranſitu
20 ad nigrum, & quoddam veluti proœmium nigri. Nã ſi morbus malignus fuerit, & vomitibus, & alui excrementis, & vrinis viridibus poſtmodum nigræ ſuperueniũt. Color autem liuidus eſt tantùm frigiditatis ef-
25 fectus: odor verò grauis, putrefactionis. Quòd ſi veluti oleũ mingatur colliquationis eſt ſignum. Tales quidem vrinæ prauę ſunt. Quæ autem bene coloratæ ſunt, & ſubſidẽtias habent albas, & læues, & æqua-

Lege comment. in 3. epid.

les, aut nebulas quasdam, aut suspēsa simi-
lia, omnes vrinas bonitate præcellunt, &
præsertim in quibus subsidentia eiusmodi
fuerit. Secundū bonitatis obtinent locum
in quibus suspensa talia sunt, tertiū in qui- 5
bus nebulæ. Hæc igitur coctionis signa
sunt. Reliqua verò omnia partim crudita-
tē partim perniciē portendūt. Nam quę al
ba est, & quæ tenuis & turbulenta, crudita
tem, at quæ farinæ hordei crassiori, aut fo 10
liis, aut furfuribus similia habent, quæ ni-
gra, aut viridis, aut liuida est, aut oleaginea
30. Pro- aut fœtida, perniciem significat. Quæ au-
gn. 2. tē subruffa, aut subflaua est, adhuc autem
tenuis, quà quidē tenuis, cruda existit: quà 15
verò talem habet colorē: iam coquitur: est
autem media inter eas quæ sunt exquisitè
crudæ, & coctæ: sicuti & quibus quædam
alba sunt & læuia, quæ supra efferuntur, di
uulsa verò, & minimè continua. Hoc ve- 20
rò etiam in subsidentibus contēplari opor
tet, si nō modò alba sint & læuia sed si om-
nino ęqualia, & quia in nulla parte diuulsa
sint, & quia omni tēpore talia sint. nam si
alternatim mingatur pura in subsidētibus 25
semicoctum esse morbū ostendit. De hi-
sce igitur omnibus admirabilis Hippocra
33. Pro- tes primus omniū quos scimus, optimè do
gn. 2. cuit & quo pacto in viris quidē & mulie-
ribus

ribus nigræ vrinæ peſsimæ ſunt, in pueris
autẽ aquę ſimiles: nã in his magis cõſuetę
craſsiores, in perfectis autem magis ruffæ:
quod verò maximè contrarium eſt conſue
5 tis, pernicioſum. Sed & de ſubrubentibus
vrinis, & ſtatim habentibus ſubſidentiam
ſubrubentem, ac læuem, rectè dixit, quòd
ſunt quidem ſatis ſalutares, ſed diuturnio-
res iis quas paulò antè ſemicoctas nomi-
10 naui. Sanguinis enim ſeroſa ſuperfluitas
iſtas intingit. Oportet autem non modò
hanc, ſed etiam aliquid ruffę bilis admiſce-
ri. Si verò calor naturalis adeò eſt imbecil-
lis, vt neque ruffam generet bilem, neque
15 ſanguinem exquiſitè coctum, ſed adhuc
ſero ſimilem, atque humidum: quòd qui-
dem ad ſui coctionem tempore egeat, eſt
manifeſtum: quòd verò hęc diſpoſitio ſine
periculo ſit, materiæ natura commonſtrat:
20 quæ neque tenuis, aut aquæ ſimilis eſt, ne-
que integrè craſſa, ſed neque acris quidem
aut putrida, optima verò exiſtens, & prope
naturam ſanguinis.

Diſtinguenda ſigna, quia magis mi-
25 *núsve talia, quia hoc vel illo*
tempore oblata ſunt.

CAP. XIII.

SEd poſtquàm de vrinis, quantũ ad præ-
ſentia erat neceſſariũ omnino dictum

eſt reliquũ eſt vt dicamus quod polliciti ſu
mus facere, præcognitionem ſtatus atque
aliorum temporum morbi. Ergo ſi vnum
quidem aliquod tale ſignum aut etiam plu
rium collectio firmiter indicare poſſet id 5
quod futurum eſt, neque ipſe Hippocrates
dixiſſet artem longam, neq; noſtri tempo-
ris medici admirarẽtur, ſi ad cognitionem
medicinalẽ hæc omnia ſufficerent. Quo-
niam verò neq; ſignum vllum ita fidele eſt 10
vt exquiſitè oſtendat ſingula ex futuris tẽ-
poribus: ſed neque quæ ſecundum concur-
ſus quoſdam ſigna ſunt cõplicata, ſola poſ
ſunt experientia iudicari, (multi enim nu
mero hoc pacto concurſus fierent, adeò vt 15
nemo eos poſſet enumerare, neq; obſerua-
re, neque memoria tenere) idcirco neceſſa-
rium eſt ſigni cuiuſq; naturã exquiſitè cõſi
derare, ſi quis vult rectè præcognoſcere: vt
ex vi vniuſcuiuſque præcognitionẽ faciat. 20
Neq; enim quæ plura ſunt illa omnino
paucioribꝰ ſunt potẽtiora, Sępe enim ſignũ
vnũ forte multis debilibus fidelius exiſtit.
Hæc igitur admirabilis dicebat Hippocra
tes in libro præcognitionum: Signa ediſcẽ 25
tem omnia, iudicare vires eorum, inuicem
comparantem. Quare & rationabiliter ſe
cũdum vires eorum tradidit diſciplinam,
nõ ſimpliciter, deinceps bona ſigna cõnu-
merans,

9. Prognoſti. 3.

merans,deinde rursus mala,annotãs autẽ in appellationibus vniuscuiusq; naturam, perniciosum & graue nominãs,& grauius, & grauissimum,& minus graue, & magis
5 graue. Sic & prauum & prauius & prauissimum,& mortiferum quoq; per Iouẽ,& malũ simpliciter,nõnunquam verò valde adiiciẽs vtriq; signorum generi,& iis quæ nunc dicta sunt praua,& iis quæ bonũ ali-
10 quod ostendunt. Nã & in his hoc quidem optimũ dicit,hoc verò bonũ simpliciter, hoc autẽ magis,hoc verò minus. Tale verò est & quod dicit bonũ valde, & magnã habere vim ad salutẽ. Nonnunquam verò
15 nihil ex his addẽs,quod diuturnitatis indiciũ erit,& longæ solutionis, meminit:nobis,vt arbitror,de hisce omnibus ratiocinandũ relinquẽs,quæ neq; omnino praua sunt,neq; penitus extra periculũ,sed cum
20 vi quidem forti, salutaria : cũ debili autẽ, periculosa. Hæc igitur non solũ legenda sunt in Hippocratis libris, sed & memoranda sæpius,atq; obseruanda in ægrotãtibus. Nã ex continua inspectione exqui-
25 sitam eorũ potestatis habemus notitiam. Semper autẽ mente reuoluere oportet ac considerare,quænam sunt signa optima, quæ pessima,& quæ in medio cõfinio horum sunt veluti gradus quosdã habentia,

nonnulla quidem optimis, nonnulla verò deterrimis proximiora, & quæ quidem minus, quæ verò sunt magis, eò quòd alternis modò propè illa, modò procul reperta sunt & quænam exquisitè media ponenda sint inter bona & mala signa. Deinde considerandum quænam semper mala sint, & quæ perpetuò bona, & quænam in totius morbi temporibus permutentur, quum aliquando bona fiant, aliquando mala, & nonnunquam fida nonnunquam verò infida. Etenim hoc ab Hippocrate dictum est admiratione dignum, quòd iis qui non secundum rationem leuiores facti sunt, neq; credendum est, neque pertimescendum valde quę prauè venerunt contra rationem. Quod nisi quis nouerit, nequaquam poterit manifestè pręcognoscere: sed aliquando instante crisi nihil à vulgari quoniam differre videbitur, sed simul perturbabitur ac compauescet de futuris: nonnunquam verò existimans liberatum esse à morbo ægrotantem, atq; ei victus libertatem permittens, magni alicuius mali occasionem afferet: omnino autem malè victum instituet, futurum statum non præcognoscens. Nisi quis enim ad hunc respiciens statum, ab initio victus modum adhibuerit, fieri non potest quin magnum, malum aliquod afferat ægrotanti.

27. aph. 2.

5 10 15 20 25

Tri

Triplex signorum genus ad notitiam crisium adhibendum, eorumq; expositio.

CAP. XIIII.

HAec igitur iam nos dicamus, quẽad
5 modũ proposuimus, singula per genera diuidentes. Et primum quòd signorum omnium triplex est differẽtia transigamus, deinde singulorum vires: postmodum quo pacto quispiã morborũ tempo-
10 ra præcognoscat. Triplex quidem signorũ omnium natura qualis sit, mihi antea dictum est, sed nihil deterius est nũc repetere, quòd nonnulla quidẽ cruditatis & coctionis, quædam mortis & salutis sunt si-
15 gna. Hæc quidem duo sunt genera. Tertium autem & aliud genus est, quod crisibus adiacet. Coctionis igitur & cruditatis signa, alui excrementa, & sputa, & vrinas statuere oportet. Mortem autem atq;
20 salutem portendentia sunt quæ vnà cum istis excernuntur, & quæ per totum apparent corpus, de quibus latius in libro prognosticorum Hippocrates scribit. Porrò horum quædam ad crises conferunt.
25 Est tamen criticorum proprium atque peculiare genus, quod paulò pòst explicabimus. At cruditatis & coctionis signa semper stabilem habẽt potestatẽ, siue statim in primo die, siue in sequentibus ap-

paruerint. Cõuersionis igitur morborum signa trifariam diuidantur: nã quædam, vt suprà dicebatur, in vrinis & alui excremẽtis & sputis apparent, quædam in dispositione totius corporis inueniuntur, quædã 5 in animalibus & naturalibus vidẽtur operationibus. Hæc verò non omnia fidelia sunt in omnibus morbi tẽporibus: sed deinceps ipsa diuidemus. Criticorum autem accidentiũ duplex quidẽ natura est: quo- 10 niam aliqua sunt tanquam causæ & signa, aliqua tanquam signa solũ. Infida verò est vniuersa eorũ natura, & contraria significans, efficiensq; in diuersis morborũ temporibus. In his autẽ totũ est præcognitio- 15 nis studium: nã in alio quidẽ tempore secundum aliã dispositionem critica sunt: secundum verò aliã aliquam dispositionẽ, vel morbi tempus, accidẽtia vel signa praua fiunt, critica verò neque omnino sunt: 20 de hisce verò ab Hippocrate etiam sæpius dictum est. Sufficit autem impræsentiarũ vnius dicti ex secundo epidemiaꝝ libro meminisse. Decretoria quæ non decer- nunt, quædã mortalia sunt, quædam verò 25 difficulter decernunt. Hoc verò haudquaquam inest coctionis aut cruditatis signis, sed ex his singulum vnum factum atq; idẽ semper: vt verbi gratia, vrina quę bene co-

Ad initia. 2. Epid.

lor

lorata est,& albam & læuem & æqualem habet subsidentiam,coctionis est signum. Tenuis autẽ & quæ nullã subsidentiã habet vrina,semper est cruditatis signum. Et
5 quæ quidẽ coctionem significat,bona est semper:quæ verò cruditatem,non bona,si quidem eorũ quæ priùs diximus, recordamur. Si tamẽ capitis dolorem,aut dementiam,aut *vertiginẽ,aut difficilẽ anhelitũ,
10 aut anxietatem,aut grauẽ somnũ inspexeris:nihil in his stabile,neq; bonum neque malum poteris præcognoscere:secundum eandem rationem neq; sudores vel vomitus,aut vẽtris aut vrinæ multũ profluuiũ,
15 aut sanguinem de naribus, vel de vulua, vel de hæmorrhoidibus emanantem, aut parotidas, aliosque defluxus. Hæc enim omnia & decernentia & non decernentia sunt,secundum duplicẽ modum: aut quia
20 nullo modo decernunt, aut quia malè. Nam colli dolor,vel temporum grauitas, vel*tenebræ obortæ oculis, atque vertigines,& capitis dolores, & lacrymarũ in-uoluntarius effluxus, faciesque vnà cum
25 oculis rubens,aut labrum inferius agitatum,vel vigiliæ aliquæ, vel somnus grauis,sunt tantũ signa crisis,aliquando sicut & creber anhelitus, quem ἆσθμα Græci vocant,& quædã anxietas vel difficultas

* σκοτοδινίας tenebricosam vertiginem.

* μαρμαρυγὶς sunt quum minuta quædam & diuulsa similia maculis marmoris oculis obuersantur.

anhelitus,& præcordiorũ reuulſio, & ſtomachi faſtidium quoddam, vel nauſea,& æſtus,& ſitis vehemens,& oris ventriculi dolor,& non poſſe recumbere, & delirare,atq; exclamare: fiunt igitur & hæc iam 5 imminentis criſis indicia. Alterum genus non ſolũ ſignorũ decretoriorum, ſed etiã cauſarum obtinet vicẽ. Sunt verò hæc, vomitus, & excrementa alui, & multitudo vrinarum, & ſudores, & ſanguinis fluxus 10 è naribus,& parotides,atq; abſceſſus. Cõtingit autem neq; in primis accidentibus quæ tantùm ſunt ſigna criſis,neq; in ſecũdis,quæ & ſignorum & cauſarum vim habent,criſim ex neceſsitate ſequi. Alterum 15 verò genus eſt ſignorũ ſimul atq; accidẽtium,quod neq; decretorium nominatur, quoniam neq; oſtendit,neq; facit criſim: neque omnino fidum eſt ſicuti coctiones, neq; infidum ex toto, ſed eſt inuenire in- 20 ter ea quædam bona ſimpliciter, quædam autem mala: atq; hæc quidem eſſe talia, vt plurimum omnibus ineſt. Mente igitur « (33. aph. 2.) conſtare, atq; ad ea quæ offeruntur, bene « ſe gerere, bonum. Bonum etiã facilis an- 25 helitus,& facilis tolerantia, & pulſuũ bonitas,& facies ſimillima ſanis, decens accubitus, & totius corporis æqualitas, & quæcunq; alia Hippocrates in prognoſticis

cis ſcribit,his contraria,mala,hoc eſt into-
lerantia,pulſuum malitia , & ſpirandi dif-
ficultas,quæ maximè frigido ſpiritu effla-
to fit:atque alia multa quæ in prognoſti-
5 cis ab Hippoc.dicta ſunt,definiente ſigni
cuiuſq; potentiā.Quæcunq; enim ſimpli-
citer bona & mala nominat,ſæpiùs talia
exiſtunt.

Alia differentia ſignorum ex eo quòd magis
10 *minus've fida ſint.*

CAP. XV.

AT quæ ab eo optima & peſsima di-
cuntur,& quibus præſertim adiun-
xerit id verbum κάρτα, talem vim habent,
15 quòd ſemper vnū quoddā oſtendunt,aut
rarò nō indicant.Hac igitur exiſtēte inter
ſigna differētia,ſi quidem impoſsibile eſt
diſtinguere,quando ſigna decretoria cri-
ſim oſtendūt,vel quādo ea quæ decernunt
20 accidētia,bonā aut malā afferunt criſim,
» fruſtra ea verba pronūciaſſet Hippo. His 27.aph.1.
» qui non rationabiliter leuiùs ſe habēt,nō
» oportet fidere,neq; vereri multū mala quę
» fiunt præter rationē:fruſtraq; nos de cri-
25 ſibus tractare inſtituiſſemus. Si verò neq;
aliud quicquam ex omnibus,neq; hæc ab
Hippocra.fruſtra dicta ſunt,erit omnino
aliquod ſignū fidum,quo id quod ſecūdū
rationem eſt,ab eo quod præter rationē,
ſe

ſeparatur. Sed quídnam hoc ſit, libenter audirem ab iis,qui veterem negligũt medicinam:nos enim credimus verũ id eſſe, quod ab Hippocrate dicitur,quòd coctio, criſis celeritatem & ſalubrem ſecuritatem ſignificat:cruda autem & incocta,quæq; in malos conuertuntur abſceſſus, criſium defectũ,aut vehementes labores,aut mortes,aut eorundem malorum reuerſiones. Vnde & principii tempus non alia ratione iudicamus,ſicuti etiam diximus anteà.Illi autem nullum nobis principii indiciũ dederunt:atque ob id nequeunt diſtinguere, quando quis difficultate morbi angitur, vel delirat : vtrum idipſum ad perniciẽ,an ad eam quæ è criſi expectatur ſalutem,futurum ſit:at ſimiles vulgaribus ſunt, neq; quem finẽ ea quæ fiunt ſint habitura prænoſcentes,neque quid facere oporteat inuenientes. Sed de his quidem etiam iterũ dicetur.

Statu. 2. Epid. 1.

5 10 15 20

De præſagio temporum vniuerſalium morbi.

CAP. XVI.

QVomodo verò etiam ſi nõdum adſint vniuerſalia morbi tẽpora,quiſpiam ipſa prænoſcere queat, cùm maximè ad vſum artis ſit neceſſarium,hoc iam tranſigemus.Facile enim eſt ſtatim à primo die hoc ipſum ſaltẽ cognoſcere, quòd

25

vel

vel in primis quatuor diebus, vel in secundis decernetur morbus. Nã vtrũ in decimoquarto vel vigesimo die illud fiat* nõdum liquet: verùm ex hoc haud magna sequitur in victus ratione mutatio, quẽadmodum si quarto vel quinto die crisis affutura esset, ac talem aliquis victũ institueret, qualis, si quadragesimo die morbus finiri deberet, institueretur. hoc enim maximè esset absurdũ. Et quicunque medicus primo vel saltem secundo die non præcognoscit morbũ qui extra primũ septenarium nequeat extẽdi, hunc permultũ erraturũ sit verisimile. Si igitur semel vel bis tali errore delinqueret, venia dignus foret. Si verò putet nullam esse futuri status præcognitionẽ, hic nec minimã quidẽ medicinæ artis partẽ est assecutus. Ego verò tantũ absum, vt quod futurum sit, penitus incognitum putem: vt sæpe de eo certissimam haberi scientiam existimem. Quid enim si aliquis primo statim die nullũ habens signum periculosum, verùm insuper omnia salubria, acutè quidẽ febricitet, vrinam autem mingat bene coloratam, ac mediocriter crassam? an non in propatulo est medico qui in artis operibus est exercitatus, hũc in primis quatuor diebus crisim habiturũ? & eò magis si nebula aliqua vel suf-

*ὅσπω ἀλιὰς οὕτω.

ſuſpenſio optima ibi afforet,atq; etiã tanto plus,ſi bona ſubſidentia?Sed hoc quidẽ breuiter dictum eſt,nõ tamen breui tempore diſci poteſt: omnia enim & bona & mala ſigna cognoſcere oportet,qui id certiſsimè ſit præcogniturus, quemadmodũ horum habens ſcientiam aiebat Hippoc. « Et mitiſsimæ febres, quæ cum ſignis ſecuriſsimis fiunt, quarto die finiunt, vel priùs:at quæ malignitate excellunt, & cũ ſignis grauiſsimis accidũt, quarto die occídunt,vel anteà. Mites quidẽ nominans cõtrarias malignis: & quòd neutræ quartum tranſcendunt diem, ſed hæ quidem omnino ſoluuntur, hæ verò interficiunt, oſtendens.Sicuti igitur quæ omnia habet ſigna tutiſsima febris acuta, in primo periodo decretoriorũ dierum ſolutionẽ habet:ſic quæ iſti proximè adiacet, diem ſeptimam non tranſcendet.Sed quænam eſt hæc?illa videlicet cui nõ omnia ſunt tutiſſima ſigna.Dictũ igitur eſt & anteà,quòd non idẽ ſit ſuperlatiuè & ſimpliciter dicere quicquam:non igitur ſecurũ & ſecuriſſimum,neq; malignum & maligniſsimũ, neq; graue & grauiſsimum, eandem vim habent. Sit iam à primo ſtatim die febris acuta, ſed non ſupremè, ſimpliciſsimaq;, & cum tutiſsimis ſignis,quã Hippocrates mi

2. Prog. 3.

Κακοηθὶς eſt quod periculum quidem de nũciat ſed ſpem non adimit: definitur autem ſignis quæ ἐπιφαινόμενα Græci vocant.

mitem nominat: ego hãc clarioris doctrinæ gratiâ * simplicẽ voco, fugiens ambiguitatem: hæc febris ad secundũ quaternariũ progredietur. Nũquid verò vel quinto die vel sexto vel septimo finietur, procedente sermone determinabitur. Eodẽ modo maligna & cum grauibus facta signis. Nam & hæc quantũ abest à malignissima & cum grauissimis signis adueniẽte, tanto & mortem afferet tardiorẽ. Si quis simplices & simplicissimas, & malignas & malignissimas febres distinguere nescit, neq; si rectè aut secus de his Hippocrates dixerit, vnquam poterit experientia perpendere. Quòd si neque signorum vires intelligat, sed simpliciter opinetur hæc quidẽ bona, illa verò mala tãtummodo esse: adhuc magis tanquam vetulæ cantilenã quæ ab Hippoc. scripta sunt, leget. Ego quidẽ talibus ab his cõmentariis censeo abscedendum. At qui libros prognosticos Hippoc. accuratè legerunt, istis deinceps verba faciam. In primo quidẽ die (sic verò me vbique intelligas, totũ ex die & nocte tempus in viginti ac quatuor horas partitum accipientem) vrina quidẽ sit exquisitè aquea, febris verò debilis: hæc ergo in longũ tẽpus protrahetur: sed quãtũ hoc erit, in primis diebus cognosci non potest, neq; cogni

* *Quia homonymia est in voce* ἁπλῶς.

gnitu vtile eſt. Nam cuius gratia tali egemus præcognitione, iam id habemus, victus ſcilicet formam conuenientẽ conſtituere, cũ ſtatus poſt plurimos dies ſit ſubſecuturus. Singulis quidem quaternariis 5 ſigna diligẽter obſeruans, atq; ipſum ſtatus tẽpus, exquiſitam conſequi poteris cognitionẽ. Oportet enim (inquit) à primo die conſiderare, & in ſingulis quaternariis adiectis animaduertere: neque te latebit quò ſe morbus conuertet. Hæc quidẽ etiam in ſequentibus, pluribus, ac diligentius exequemur. Ad primi verò temporis præcognitionem (quod principium vocant) in quantum extendetur tempus, iam 15 magnum aliquid oſtenſum eſt in primo die fuiſſe acceptum, quod ſequenti die adhuc manifeſtius eſt diſtinguere: ſimiliter enim & febre & vrinis manentibus, non ſolùm quòd nondũ morbus ad aſcenſum 20 peruenerit, dicere poſſumus, ſed quòd neque ante ſeptimum diẽ ſit incepturus. Didiciſti enim quòd extremè cruda eſt aquoſa vrina. Quare non ſolùm præſens iam principii tempus internoſcere datur, verũ 25 etiam ſæpius precognoſcere quo finietur.

Prog. 3

E coctione & alijs tempora distinguit atque præcognoſcit.

CAP. XVII.

In

IN his quidem adeò diuturnis ſatis longum eſt principii tẽpus, in peracutis extremè anguſtũ: nam ſi ſtatim in prima die in vrinis appareat aliquod ſignũ coctiõis, 5 iam hîc principiũ tranſgreſſum eſt. Nunquid igitur neque omnino incepit? an hoc quidem impoſsibile? Neq; enim fieri poteſt vt morbus aliquis proprium ſtatũ recipiat, non præcedente principio & aſcen-10 ſu. At extremè breue vtrunque horum temporũ ſæpius fieri contingit, adeò vt in primo die morbus ad ſtatum perueniat. Ita igitur celeris principii ne præcognitionẽ quidẽ finis inquirere oportet, ſed ſatis pu-15 tare ſi dum adeſt, cognoſci poſsit, & quum quàm primum ad aſcẽſum cõuertitur, manifeſtè deprehendatur. Eſt autem communis talium principiorum atq; aſcenſuũ cognitio cum primæ acceſsiõis partibus. Idẽ 20 enim & eius & vniuerſi morbi principium atque aſcenſus. Nã neq; ipſa ſtatim incipit à ſtatu. Hoc enim nõ modò nemo vnquã vidit, ſed neque etiam cogitatione aſſequi poteſt, febrem videlicet acutam, ſtatim in 25 primo inſultu ſummo in vigore cõſiſtere, ac ſi fulmine foret homo percuſſus. Quomodo igitur in primo die febris in ſtatu conſiſtere cognoſcetur? Quomodo aliter, quã ſi ſtatim habuerit ſigna coctiõis? Tale

enim quiddã accidit circa humorũ crudorũ coctionẽ, quale etiã inflammatis partibus aduenit. Ita autẽ & de his quodam in loco inquit Hippocr. Circa puris generationes, dolores ac febres contingunt, magis quàm vbi iam est generatum. Quẽadmodũ igitur iam maturata inflãmatione febrẽ in summo vigore cõsistere non contingit, aut dolorẽ incidere: eodem modo neque si quicquam in vrinis subsidat exquisitè optimum. Nebula quidem sola aut quibusdam bonis suspẽsionibus factis, status tempus nondum adest, ac multo * magis cùm hæc ipsa defuerint, præterquàm si biliosus valde morbus extiterit. Si quis igitur iis omnibus quæ diximus, sæpius mentem in ægrotantibus diligentissimè adhibuerit, hunc nullum latebit tempus. Sed si quidem celer fuerit, & dum præsens erit, exactè cognoscet, & statim subsecuturum pręcognoscet. Si verò diuturnũ & tardum, ex multo tẽpore coniectabit, ac propius accedens manifestius etiam præcognoscet. Hoc enim vniuersaliter pręcognoscere oportet, nisi aliquod manifestũ inspiciatur coctionis signũ, quicquid tẽporis interiacet, principiũ est ægritudinis. Quantũ igitur adhuc præsentibus deficit ad manifestũ illud coctionis indiciũ, & à morbi motu,

47. Aph. 2

** Vide nũ legendum sit minus. Nã in val de biliosis febribus solo colore meliore, nõ nebulis aut sedimentis coctio intelligitur. Συνενδεχόμενα quæ vna cum signis coctiõis tẽpora morbi definiunt.*

tu,& natura,& tempore anni, & regione, & ætate, & temperatura laborantis inuenies. Nam si morbus naturâ longus extiterit,quemadmodũ (exempli gratiâ) febris 5 amphimerina , & videatur tardè in hoc ægrotante moueri,ac quodã modo succẽdi,ac suffocari,& tẽpus anni fuerit hyems, & regio frigida,ætasq; atque natura laborantis ad frigidum declinauerit , multo 10 tempore intermedio eget ad manifesti signi generationẽ: quod totum tẽpus principio erit contribuendum. Sit igitur ita vt hyberno tẽpore incipiat febris amphimerina in corpore ita se habente quemadmo 15 dum diximus, vnà cum exquisitè crudis & aquosis vrinis:non modò neque intra septimum, sed neque etiam decimumquartum diem quispiam habere posset manifestum coctionis signum. Sic autem appel- 20 lo ea quę inter debilia sunt, & perfectę coctionis indicia. Perfecta igitur coctio est, quando in vrinis subsederit aliquid album,læue,& æquale & continuum. Debilis autem coctio est, quãdo ex aquosa me- 25 diocriter subpallida facta fuerit : & quidem si turbulenta apparuerit, & talis permanserit, hæc quoque occultæ & debilis coctionis est signum: & ruffa etiam ac tenuis ex eodem genere est. Sed nihil horum

Hoc dicit propter lõgas febres quarũ altera τυφώδης, altera ἠλώδης, de quibus cõtra Lycũ in Aphorismis.

Exercitatio particularis in ijs quæ dixit ex vrinis.

iam principium esse finitum ostendit: hoc enim manifestius indiciũ semper expetit, vel solam nebulã albam, aut suspensionem æqualem, continuã, atq; albam. Et quidem rubens nebula, & subsidentia talis, & sine subsidẽtia bene colorata vrina, & crassitudine mediocris, principii finẽ manifestat.

E sputis iudicat in morbis thoracis: deinde comparat inter se signa cruditatis & coctionis, explicatq; ex historia Hippocratis.

CAP. XVIII.

Sic & in laterum & pulmonum passionibus, ea quæ propriè sputa vocantur, vrinarum subsidentiis adsimilãtur. Nihil verò omnino expuere, sed tussim tantummodo siccam habere, tale quiddã est quale in vrinis extremè crudum, quod aquosum nominamus. Quòd si ab eo quod est nihil expuere, ad expuere quidem, verùm liquida, & omnino cruda, fiat transmutatio: liquet quòd debilis & occulta est huiusmodi permutatio, & nondum est finitũ primum ægritudinis tempus, quod principium diximus nominari. Quando igitur hoc quidem cessabit, atque integrè ad augmentum morbus conuertetur? Quando cœperit expuere pauca cocta, reliquo verò omni tempore ab hinc vsque ad statum semper eò plura ac meliora atque facilius

Exercitatio in sputis.

ex

expuente. Cùm verò exquisitè cocta fuerint, & multa, & sine difficultate educta, tunc status est tempus. Quando verò similiter quidem exquisitè cocta, & sine molestia educta, atque eorum multitudo minuta fuerit, dolorq; non amplius affuerit: tūc cessare statum putādum: subsequitur enim declinatio. Supponamus igitur ægrotum aliquem à morbo laterali habitum, neque expuentem aliquid, & vrinas quidem mingentem tenues, sed bene coloratas: circa diem vndecimum expuere quædam incipiat, verùm liquida & cruda: hunc quidem nemo diceret ante diem vndecimum esse in alio morbi tempore, quàm in principio: in vndecimo verò fortassis videretur cuiquam manifestè transgressus: verùm non ita se habet: nam dies vndecimus quartidecimi iudex existens: secundi temporis ægritudinis, hoc est ascensus, manifestum ac certum initium illum habiturum commonstrat. Obseruabis igitur diem decimumquartum, si præostensis ab vndecimo concordat: & post hunc rursus decimumseptimum: quoniā hic vigesimi est index: quemadmodum in libris de Diebus decretoriis, diximus. Age iam hoc die supponamus expuisse pauca quidē, sed cocta: huic in die vigesimo possibile est aduenire cri-

Hypothesis ad explicationē eorū quæ docet.

24. aph. 2

De his in Epitome de diebus criticis.

ſim, non tamen perfectam, ob talem cauſſam, quoniam non eandem vim habent neque inter indices primi cum poſteriori-bus, neque primi decretorii cum vltimis: at valentiores quidem primi ſunt, ſed iam 5 in longum protracta ægritudine imbecilliores redduntur. Oportet igitur procedẽte morbo, & tum præcipuè quando admodum crudus extiterit, magnam fieri tranſmutationem, vt ſecura criſis ſperetur. Ma- 10 gna autem eſt permutatio, cùm perfectè cocta minguntur atque expuuntur: talia verò non ſupponebantur, in die decimoſeptimo affuiſſe, quare nec fieri poterat, vt hic ægrotus in die vigeſimo liberaretur, 15 aut perfectam criſim haberet: ideo mutationem aliquam effatu dignam fieri ſat erat, cùm poſſet in aliquo ex ſequentibus decretoriis diebus integra ſolutio aduenire. Nũquid igitur ſolũ ſuppoſitio quædam 20 eſt hic ſermo? vel eſt viſus etiam talis ægrotus? Mihi quidem habere hæc omnia quæ diximus, ille videtur de quo ſcribit Hippocrates in tertio epidemiῶν, ille inquam ægrotus à peſtilenti conſtitutione ordine 25 octauus. Ita autem omnis ſermo ſe habet:

Magna permutatio quæ.

27.34. *aut* 40.

« In Abderis erat Anaxion qui habitabat « circa portas Thracias. Febris acuta inuaſit « hominem: lateris dolor continuus aderat,

tuſ

» tuſsis ſicca: neque expuebat primis diebus:
» ſitibundus erat & peruigil: vrinæ bene co
» loratæ, tenues & multæ. Sexto die delira-
» uit, & fomẽtis calidis nihil leuabatur do-
5 lor. Septimo die grauiùs ſe habuit: nam &
» febris intendebatur, neq; dolores minue-
» bantur, & tuſſes infeſtabant, difficilemq́;
» habebat anhelitum. Octauo die venam in
» cubito ſecui: ſanguis multus effluxit, qualẽ
10 oportuit: dolores remiſsi ſunt, tuſſes tamẽ
» ſiccæ inſequebantur. Vndecimo die febres
» minores factæ ſunt: paruus ſudor circa ca-
» put exiit, tuſſesq́; à pulmone humidiores.
» Decimoſeptimo cœpit quædã pauca con-
15 cocta expuere. Vigeſimo ſudauit, * febre
» liberatus eſt: poſt criſim leuatus eſt. [ſiticu
» loſus verò erat, neque à pulmone optimæ
» erãt expurgationes.] Septimo & vigeſimo
» febris rediit & tuſsis: eduxit plurima, & co
20 cta vrinarũ ſubſidentia multa, & alba, ſine
» ſiti, & * bene ſpirãs factus eſt. Quarto & tri
» geſimo die ſudauit per totũ corpus: per cri
» ſim febris omnino ſoluta eſt. Huic verò &
omnia alia queẽadmodum ſuppoſuimus vi
25 dentur aduenisse. Et de vrinis, etiamſi non
ſæpe, quemadmodum conſueuit in aliis
ægrotis, ſed bis ſaltem mentionem faciẽs,
in principio quòd tenues eſſent, in ſepti-
mo & vigeſimo die ſubiũgens: Vrinis ine-

** ἄπυρος, aliàs ἀπύρετος.*

Hic verſiculus Siticuloſus erat &c. in quibuſdã codicibus aſcribitur 17. nõ 20. ſed melius 20.

** Bene ſpirans εὔπνους, aliàs ὕπνος ſed melius εὔπνους.*

rat ſubſidentia multa & alba: palàm facit tum primùm exquiſitè coctas vrinas minxiſſe, propterea igitur (vt & anteà dixi) in die vigeſimo criſim habuit, ſed imperfectã quidem, quoniam in decimoſeptimo cœpit quædã cocta expuere: nõ tamẽ integra criſis ſubſecuta eſt, quoniam neq; exquiſita coctio vrinarum, aut ſputorũ: propterea igitur inquiet: Erat autem ſiticuloſus, atq; ex pulmone non erant optimæ expurgationes. Hîc igitur nobis ad memoriam reuocans quod rectè dictum eſt: Quæ relinquũtur in morbis poſt criſim, recidiuas facere conſueuerũt: de ſeptimo ac vigeſimo die lege enarrationem, quæ ita ſe habet: Septimo & vigeſimo rediit febris, tuſsiit, eduxit concocta plurima: vrinis multa ſub ſidentia alba, & ſitis ſedata eſt. Nam cùm anteà dixiſſet quòd in tẽpore intermedio poſt vigeſimum diem & ſitis remanſit, & à pulmone non erant optimæ expurgationes: deinceps inquit, quòd in ſeptimo & vigeſimo die facta ſubuerſione febricitauit, ſine ſiti autẽ reſtitit, & optima expuere cœpit, in vrinis ſubſidentiã habebat multam atque albam. Hoc igitur eſt quod priùs dicebatur, ꝙ videlicet in morbis febrilibus tale quid accidit, quale in iis quæ ſuppurãtur inflãmationibus. Sicuti enim ibi quũ ge

Exponit hiſtoriam Hippo. ad confirmationem eorum quæ docuit.

12. *aph.* 2

Cap. 17.

generatur pus,& dolores & febres præcipuè contingunt:ita & hîc dũ concoquuntur humores qui febrẽ inducũt. Sic igitur & in Anaxione quãtum ex prima illa crisi
5 defecta relictum erat, hoc rursus efferuescens in coctionis tẽpore,illam, quæ antecessit crisim,febrem generauit. Hoc verò à naturali calore,nõ autem febrili prouenisse,dierũ natura nõ minimè indicat,dies
10 enim vndecimus,bonæ,sed debilis coctionis principium fecit:deinde decimusseptimus signũ coctionis manifestius ostendit: deinde vigesimus crisim imperfectã: post hos verò septimus & vigesimus integrę co
15 ctionis indicia dedit.Propterea subinferẽs
» inquit: Quarto & trigesimo die sudauit
» per totũ,sine febri restitit,atq; ex toto cri-
» sim habuit. Liquet enim ꝙ in trigesimoquarto qui septimus est post vigesimumse-
20 ptimũ, concoctæ sunt simul & excretæ omnes ægritudinis causæ,per vrinas quidẽ quæ febres faciebant: per sputa verò, quæ thoracem infestabãt. Oportet autem huius meminisse sermonis & ob præsentia,
25 ob illa quæ dicenda sunt: & hæc tria inuicem differre arbitrandum, & debilem coctionem,& manifestam,atque perfectam. Debilis enim in vndecimo,manifesta verò in decimoseptimo, perfecta verò in vige-

ſimoſeptimo facta eſt, poſtquam in omnibus ſeptem diebus morbus ſolutus eſt, & totum hoc tempus ſtatus fuit: queãdmodum & in ſequentibus manifeſtiùs oſtendemus. Hoc igitur ſputum quod ſeptimo 5 & vigeſimo die apparuit, in primis morbi diebus ſi quidem apparuiſſet cum optimã ſubſidentiã vrinis habentibus, fieri nõ potuiſſet, quin in prima ſeptimana morbus iudicaretur. Primos voco dies ægritudi- 10 nis, quos primus præfinit quaternarius.

Primi dies qui.

Reuocat ad memoriam ſignificata principij, & qua ratione, principium vt pars vniuerſalis morbi eſt, diſtinguas atque definias.

CAP. XIX. 15

Et primum igitur morbi principium iuxta ſecundum ſignificatum in hoc circumſcribi tempore prius dicebam. Et hoc eſt quod inquit: In lateralem mor- « bum patientibus, ſputum ſi ſtatim appa- 20 reat, incipientem breuiorem facit. Nam « cùm principium triplex dicatur, ſecundum vnum quidem modum de primo inſultu, qui ſimplex eſt, & latitudine caret, ſecundum alterum verò de eo quod ad 25 tertium extenditur diem, quod ſolum mihi ſomniare videtur Theſſalus: & præter hæc etiam id quod tanquam pars accipitur totius morbi, quod manifeſtè coctio-

12. apho. 1

nis signa definiunt : de omnibus his Hippocrates verba facit, quemadmodum ex iis quę antea scripsimus, liquet, & in sequẽtibus commentariis manifestius ostendetur. Quòd verò iuxta secundum significatum principium ostenderit: cùm dixit, id sputum quod in lateralem morbum patiẽtibus apparet in principio, breuiorem facere, neminẽ latére arbitror. Sed hoc etiam in sequẽtibus distinguemus. Quo pacto verò quispiam, aut iam præsens atque perfectum id quod tanquã totius morbi pars est principium accipitur, cognoscere queat, aut iam futurum præcognoscere, mihi iam videor demonstrasse. Nam iam perfecti principii manifestum & firmum est signũ, coctio manifesta. Finituri autẽ, & ipsius morbi natura, & tempus anni, & ętas laborantis : ex superabundanti autem, & regio in qua ægrotat, & modus eius qui antecesserit victus, cùm nondum morbo correptus esset. Specialiora verò indicia futuri finis primo ęgritudinis tẽpore, coctionis indicia sunt. Et quo pacto hęc præcognoscere oporteat, quãdo maximè futura sint, dicetur quidẽ diligentius & in iis quæ sequũtur: dicetur autem & nũc quòd cõsiderare oportet quantũ distãt prima cruditatis signa ab iis quæ aderunt in manifesta

coctio

coctione, & quísnam sit in morbo motus, hoc est, vtrũ acutè aut tardè veluti succensus moueatur. Vtilißimũ verò ad hæc imò verò summopere necessariũ est, exquisitè scire dignoscere quãtũ inuicem superant ac superantur & coctionis & cruditatis signa nam & cruditatis signa non paruã inter se habent differentiam, adhuc autẽ magis & coctionis. Siquidẽ integræ cruditatis indicia in primis quatuor diebus permaneant, lõgũ erit huic morbo principij tempus. Si verò debilis mediocriter in ipso apparuerint, longum quidem & hoc erit, sed nõ priori similiter. Si autem parua fuerint cruditatis signa, futurũ etiam principii tẽpus paucum erit. His addenda sunt & illa quæ ab Hippocrate dicta sunt longioris tẽporis esse significatiua, de quibus in sequẽtibus nobis plenior erit sermo. Nũc verò gratiâ exempli huius Aphorismi meminerimus: Frigidi sudores cũ acuta quidem febre, mortem significant: cum mitiori vero, morbi prolixitatem. Nam si in primis diebus, præualentibus adhuc cruditatis signis, talia signa apparuerint, principii tempori addent, & liquet etiam quòd tempus ascensus longius erit: atque eadem ratione status post multum tempus occurret, sic autem & morbi solutio.

Præcipuè febres τυφώδεις & similes.

Ea

Eadem quæ prius de morbi temporibus breuiter colligit: & ad secundum librum se comparat.

CAP. XX.

QVare non solùm primi temporis in primis diebus aliquam habebis artificiosam coniecturam, sed etiam sequentium. Exquisitius autem & magis ipsa præcognosces, si succedentibus quaternariis mentem adhibueris. Primus enim dies postquam edidit aliquod signum debilis coctionis, is iam tibi ostendet clarius reliquum tempus iudicij, cui iam indubitatum sit omne illud tempus in quo nō apparet manifestum signum coctionis, primas enim partes quatuor vniuersaliũ partium morbi. Nam si ad hoc respexeris, nihil erit amplius difficile inuenire, si in tot primis diebus ab iis quæ primo die apparuerunt, tot iã abscesserint, quot erant reliqua transigenda vsque ad manifestam coctionem. Inde autem ascensus incipit, sed in hoc vel aliqua defecta crisis apparebit: quẽadmodum paulò anteà in ægroto qui lateralem morbum patiebatur, ostẽdi: vel si morbus expectauerit integrum statum, sic & crisis integra erit. Sæpius verò neque vlla fit crisis post status tempus, sed paulatim morbus soluitur, longo tempore coctionem recipiens. Quo pacto autem antequam fiant

hæc

hæc, futura præcognoſcere oportet, in ſequentibus cõmentariis explicabitur: nã in ipſis liquidò oſtẽdã quãdo in aſcẽſibus, quãdo etiã in ſtatibus morbus criſim habeat, & quando ſine vlla omnino criſi paulatim coctus diſſoluatur. Et clarũ eſt quòd huiuſcemodi ſolutionẽ, neq; criſim nomino: ſi qua verò vniuerſa fiat pmutatio, & multo magis adhuc eã quæ antecedit agitationẽ ita appellare conſueui. Equidẽ harum præcognitiones in ſequẽtibus dicam. Melius enim eſt nõ ſolũ quod in hoc tẽpore integrã morbus habebit ſolutionẽ, ſed etiam vtrum cũ magna aliqua certatione, vel ſine vexatione atq; periculo aliquo, intelligere. Hęc igitur omnia in ſequẽtibus commẽtariis oſtendẽtur, & præterea bonarum ac malarũ criſiũ præcognitiones, integrarum quoq;, ac defectarum. In horum verò omnium principio præponã ipſorum morborum inuadẽtium dignotiones. Quoniã enim & ab ipſo morbo diximus oportere quiddã de tẽporibus vniuerſalibus noſſe, ac præterea à tempore anni, & ab aliis quę diximus: niſi eorũ omnium ſtatim à primo die aliquam haberemus cognitionẽ, ſimile quiddam multis medicorũ iuniorum patiemur. Nam ſicuti illi vtrũq; ignotorum alterum per alterum monſtrare conantur,

vel

vel quod notius eſt, per id quod minùs notũ eſt: ſic & nobis accidet, niſi vniuſcuiuſq; morbi formam ſtatim à primo die aliquo modo dignoſcamus. Optimũ igitur eſt, ſi
5 ab initio protinus (& hoc millies iam fieri poſſe probauimus) & tertianos & quartanos, & quotidianos circuitus in primo ſtatim die cõſideremus. Si verò aliquando in hoc manifeſtè dignoſci nõ poſsit, tũc con-
10 iecturã aliquã artificioſam habebimus, ex qua bonam victus rationem inſtituere incipiemus. Exactã autẽ notitiam aſſequemur in ſecũdo die, vel omnino in tertio, vel in quarto. Et hoc igitur ipſum melius foret
15 oſtendere, & præbere indicia eorũ quorũ à primo die ſtatim exquiſitã poſſumus habere cognitionem: eorumq; etiam de quibus coniecturam aliquã non rudem habere poſſe ſperamus, ſecũdo, tertio vel quarto
20 exquiſitiùs diſtinguere. Rurſus igitur incipiẽtes ab his primo ſecundum librum & reliqua etiam ſingula quæ promiſimus, conuenienti ordi-
25 ne proſequemur.

*

PRIMI LIBRI FINIS.

CLAVDII GALENI DE CRISIBVS,

LIBER SECVNDVS.

Summa argumenti primi libri, & materia secundi colligitur. Atque hîc vt ad διάγνωσιν videatur pertinere, in eo tamen est vt quum cognoscas, melius præsagire poßis. CAP. I.

Dictum quidem & iam anteà est statim ab initio, sed & nunc etiã melius est cõmeminisse, quòd siue vniuersam in morbo trãsmutationem subitam tantùm, siue bonã, siue eam quæ antecedit omnes subitas alterationes cõturbationem, quispiam velit nominare crisim, nõ meũ hoc in loco propositũ definire: sed quo pacto optimè quispiam has omnes iam præsentes dignosceret, & futuras adhuc præcognosceret, id esse huiusmodi sermonis institutũ. At quũ id quod est maximũ ac summopere necessariũ, iam ostenderimus, morborũ scilicet tempora iam præsentia cognoscere, & futura præcog-

cognoſcere, deinde cuiuſque ægritudinis cognitiones ac prẹcognitiones annotauerimus: & quoniã eas ex multis fieri demonſtrauimus, quorũ vnũ eſt ipſius ægritudi-
5 nis natura: quo pacto & hãc optimè quiſpiam vel primo die poſſet internoſcere, ad hunc ſecundum librũ tradere diſtuli. Itaq; ſi quiſpiam nobiſcum affuit in curatione ægrotantium, ex prima acceſsione & quo-
10 tidianam febrem, & tertianam, & quartanam, & ſemitertianã, & eam quæ ab ardore καῦσος appellatur, plurimosq; alios morbos prænoſcentibus, ex ipſo opere huius cõtemplationis habuit experientiã. Quòd
15 ſi nunquam talibus prædictionibus interfuit, æquum eſt hunc neq; admirari de iis quæ dicemus, antequam veritatem in ipſis experiatur, ſed neque etiã damnare priuſquam vniuerſum ſermonẽ noſtrũ auſcul-
20 tauerit, atque vſu ipſo explorauerit. Audire quidem atque intelligere ea quæ dicuntur, omnibus commune eſt (ita enim à me clarè explicabuntur, vt neminẽ latére poſſint) ſermones autem noſtros experientia
25 comprobare, ſi quidem nobiſcum futurus eſt, illi erit quàm facile. quòd ſi ipſe per ſeipſum explorare voluerit, non æquè expeditum. Verùm & in pulſuũ differẽtiis exercitatum eſſe oportet, atque omnium artis

ſufficientem habere operationũ experientiam. Veram enim cognitionem, nõ ex iis qui malè operantur, ſed ex iis qui rectè pertractant, comprobari, fit veriſimile. Hos igitur ſolos ad diſciplinam, atque eorum 5 quæ docentur iudicium, ſermo noſter admittit: reliquos verò qui medicinæ artẽ adeò dedecorarunt, vt eam ſex menſium fecerint diſciplinam: hos neque iudices, neque diſcipulos adhibet. Alterum enim non 10 poſſunt, alterum nolunt.

Scribit in genere de exercitatione in cognitione naturæ morborum.

CAP. II.

Dies. Dicendum iam igitur quo pacto quiſpiam in primo die morbi naturam 15 exactè agnoſcat. Diem autem per totum hũc ſermonem noſtrum in eo accipiemus ſignificatu, vt nõ ſolùm lucem, ſed noctem etiam cõplectatur: ſicuti & menſem ex tri- 20 ginta diebus cõſtare dicimus, non id tempus tantùm quo ſol ſupra terram fertur, appellantes diem, ſed etiã illi tempus noctis adiiciẽtes. Sic etiam annum quodammodo dicimus trecẽtos & ſexagintaquin- 25 que dies cõplecti. Sicuti autẽ de diei nomine & de eius ſignificatu diſtinximus, eodẽ, vt arbitror, modo de ægritudine oſtendere oportet, quòd eſt diſpoſitio quædã læ-

dens

dens operationes, & quod duplex ſępe vno tempore conſiſtit. Hæc verò vtraque in libris de Morborũ differentiis ſunt demõſtrata. Simplicẽ itaque diſpoſitionẽ nemo
5 qui perſpicaci ſit intelligẽtia, in primo die ignorabit. Habet enim propria indicia. Eam verò quæ cõmiſta eſt, non omnibus per initia cõtingit agnoſcere. Neque verò abſurdum eſt ad duplicis diſpoſitionis me-
10 liorem cognitionẽ duobus opus eſſe diebus: ſicuti ſi triplex fuerit, tribus: at verò vnã ſimplicẽ ignorare diſpoſitionẽ, abſurdum, & maximè turpe. Oportet itaque in omnibus ſimplicibus diſpoſitionibus exer-
15 ceri, vt ſingulas ſeorſum & iã perfectas cognoſcamus: nam niſi in hoc accuratè anteà laborauerimus, neq; incipientẽ & paruam adhuc exiſtentem agnoſcimus: ſicuti neq; oliuam vel ficum, vel quercũ nuper è terra
20 pullulãtẽ poteris vnquã internoſcere, ſi iã perfectas plãtas ignoraueris: ſed quod hoc etiam maius eſt, neque ipſas iam perfectas ſimpliciter cognoſcere ſufficit: ſed niſi iã perfectas præcognoueris, nullã ex iis quæ
25 nuper natæ ſunt, ſeparatim internoſces: nõ tamen neque ſtatim, neq; quàmprimũ quũ in iſtas incideris: ſed ſicuti ex perfectis ſingulas non ſemel, neq; rarò conſpicatur, ſufficiens ad prõptè cognoſcendum factus

Ratio exercitationis in cognitione naturæ morbi.

es,eodem(arbitror)modo te oportet & ex iis quæ nuper natæ ſunt,ſingulas nō ſemel neque bis,ſed ſæpius contemplando,ſuffi-cientem ipſarum habere notitiā. Quare ſi quid eorum quæ in hoc loco ſcribuntur, 5 ad exercitationē referre tentaueris, prima autē te experientia fefellerit,non propter-ea ſtatim deſperaueris, quaſi id aſſequi nō poſsis, neque remittēda exercitatio priuſ-quàm ſæpiſsimè in eadem exercitatione 10 perſtiteris. Neque enim qui ſagittandi ar-tem meditatione aſſequi ſtudent, licet ſæ-pius in principio aberrent à meta,vides ob id ſuum exercitium intermittere, aut pro-pter aberrationē animo cōtriſtari.Quādo 15 igitur ſagittandi artem, minimam exiſten tem, adeò vt etiam à mancipiis commodè pertractetur, nemo ſtatim incipiēs aſſequi integrè poteſt, quid de arte Aſclepiadum exiſtimare oportet?quę tam multa indiget 20 cōtēplatione, & tam exquiſita ac laborio-ſa in operibus exercitatione?Si quidē vnus ex eorū numero fueris qui pro rebus pul-cherrimis atq; honeſtiſsimis laborare inſti tueris, primùm omnia quæ dicētur in ſin- 25 gulis morbis,diligēter perdiſces,deinde in ipſis operibus exercitaberis, deinde ita de his ferre ſentētiam tētabis,num quid vero aut falsò dictum ſit. Quòd ſi(vt diximus)

otio

otiosam & secordē vitam egeris, vel laboriosam quidē, sed circa deteriora, diuitias, honorem, & ciuilem potentiam veritati præferendo: melius tibi fuerit neque hanc
5 cōtemplationem attingere, ne in plenum cœno puteum aquam purā infundas, nam & aquam corrumpes, neque puteum quicquam iuuabis. Simplicē igitur morborum singulorum dispositionem (iam enim ad
10 veritatis amicū me conuerto) primò ipsam per seipsam cognoscere studeas, ac circa hoc te exerceas, non ex iis solùm quæ ipsi extrinsecè adiacent, qualis est contemplatio multorum, sed primùm quidem ac ma
15 ximè ex iis quæ secūdum propriam insunt substantiam: deinde iam ex iis quæ sæpiùs accidūt, veluti in ea febre quę tertiana nominatur, non hoc tantùm aduertas, si tertio quoque die fiant accesſiones, quæ in-
20 quietem & sine febri remisſionē desinant: nam si duæ tertianæ fierēt, aut duæ quartanæ, duæ quidē tertianæ quolibet die, per tertium autem duæ quartanæ accēduntur: quare vel duas tertianas vnā putabis quo-
25 tidianam, vel duas quartanas vnam tertianam. Sed formam ipsam febrium te inspicere iubeo, neq; enim insultibus accesſionum similes sunt, neque ascēsibus, neq; statibus, neque remisſionibus, neque in ca-

Ex quibus natura morbi inuestiganda est.

loris qualitate, neq; in motu arteriarum, neq; in iis quæ ſuperueniunt accidẽtibus. Si ergo neq; tertianam ipſam per ſeipſam, neque quotidianam vnquam inſpicere licuiſſet, obſcura foret earum dignotio. Sed 5 quoniam & tertianã ſeparatim datur contemplari, quando incipit, atque progreditur, & iam perfecta ſoluitur, eodẽq; modo quotidianã: non admodum difficile eſt ab vna quotidiana duas tertianas diſtinguere. 10

Exercitatio particularis in cognitione tertianæ exquiſitæ.

CAP. III.

AGe igitur, primũ incipe exercitari in veris atq; exquiſitis typis. Neq; enim 15 aliud in vanum ſcripſit Hippoc. neq; illud etiam, quòd exquiſitè tertianæ lõgiſsimus terminus eſt ſeptem circuituũ. Quænam « igitur eſt hæc tertiana exquiſita? Nullum « enim eius indicium ſcripſit Hippoc. tale, 20 vt etiam vulgaribus eſſet manifeſtũ. Sed ſi ego te manuduxerim, facilè intelliges quã vocet exquiſitam tertianã. Quòd ſi te per volumina circumuolui permiſero, antequàm cõmodè quaſi rudimentis quibuſdã 25 informeris, non modò nihil vtile diſces neque de tertiana, neque de aliquo alio morbo, ſed infinita erunt quæ te decipiãt. Cùm igitur legeris in aphoriſmis, mor-

bos

τύπος ὅτι τάξις ἐπιτάσεως καὶ ἀνέσεως, vices ordine inſequentes intẽſionis febris atque remiſsiõis 58. aph. 4. 21. aph. 3.

hos qui tempore æſtiuo maximè vigent,
eſſe febres continuas,adurentes,& tertia-
nas plurimas,primũ aduerte,ne hoc ipſum
malè accipias,quòd æſtatem intelligit,nõ
5 quæ præter naturam ſe habet,qualem ali-
quando ait fuiſſe in Cranone,cùm pluuiæ
violentæ per æſtum tanto tẽpore deſcen-
diſſent. Sed ſi ordinem aliquem ac modũ
in ſingulis temporum ſtatibus annotaſti,
10 tu nunc ad memoriã reuoca, quòd hyems
quidem præ omnibus anni temporibus
humidiſsima eſt ac frigidiſsima : contra-
ria verò æſtas ipſi eſt, calidiſsima atque
ſiccіſsima. Rurſus ſi hyems quidem ſicca,
15 æſtas verò humida fuerit, temporum ſta-
tus haud ſecundum naturam ſe habet.
Neque igitur æſtiuæ ægritudines tempo-
re æſtatis tunc abundabunt. Neque enim
exiſtimare debes,quòd propter anni tem-
20 porum appellationes ſingulæ ægritudines
accidãt,tales ſcilicet vel tales, ſed propter
ambientis aëris temperaturam. Nã qualẽ
hic naturam habet,ita etiam nos afficit.
ſecundum hoc igitur aiebat Hippocrates:
25 » Cùm ver autumno ſimile factũ fuerit,au-
» tumnales ægritudines expectare oportet.
» Calidam autẽ & ſiccam temperiem æſta-
tem habere oportet,quando exquiſitè ſuã
naturam ſeruauerit. Sed ſi hoc ita ſe ha-

2. Epid. Tota æſtate largiter pluente,cũ vehemens ardor eſſet.

Aut alio lib. quàm aph. ſcripta hæc ſententia eſt, aut

beat, liquet quòd æstas quæ maximè talis existit, plurimas afferet tertianas. Nũquid igitur status tẽporis calidus & siccus magnum prouentũ febriũ tertianarũ efficiet? regio autem calida & sicca, non etiã plus quàm frigida & humida, earundẽ feracior erit? Hoc etiã omnino clarũ est. Sed nónne & ægrotantis tẽperatura? Hoc quoque est necessarium. Quòd si victu calidiori ac sicciori etiam vsus fuerit, hoc est, laboribus atque vigiliis, & curis, atque tristitiis cibisq; paucioribus ac biliosioribus, nónne etiam in hoc ipse seipso biliosior reddetur, & ideo calidior & siccior? Nam quòd ex causis calidis ac siccis flaua bilis aggregari consueuerit, didicimus ab Hippocrate tum ex multis aliis, tum ex iis quibus eã abundare æstate dicit. Hæc à me dicta sunt, & iam tertianæ febris generationem didicistis: quæ enim in æstate aduenerit calida & sicca, quum etiã regio talis fuerit, & laborãtis natura similis, & victus qui antecessit, ad idem spectauerit, hæc potest esse febris tertiana. Et nos quidẽ hucusque biliosam febrẽ ratione cõcepimus, nondum autem tertianã, & id iure. Nam si febres continuas, & adurentes (quas Græci * καυσῶνας vocant) & tertianas plurimas, & æstas ipsa, & aliæ quas anteà cõmemora-

ita legendum, Quãdo eadem die in temporibus modò calor, modò frigus autumnales morbos expectare oportet. Vel hoc modo, cum æstas fuerit verisimilis, sudores multos in febribus expectare oportet.

* Καυσοῦς *aliàs.*

uimus, causæ singulæ faciunt, cõmunis est vsq; ad hæc cum febribus aduretibus tertianæ generatio. Sed & hoc ita se habere videtur, & ipsa tertianæ accessio ab acutissimis maximeq; aduretibus febribus nullo modo relinquitur: quo igitur pacto differunt? quòd in hac per totum corpus bilis defertur, atq; ideo vehemens fit rigor, bilisq́; superuenit vomitus, vrinæq́; ac sudores biliosi sunt: dictum verò de his alibi est. In aliis verò adurentibus febribus quæ nullam habent intermissionẽ, flauæ bilis humor in vasis vnà cũ sanguine contineri ostendebatur: & ex hac ratione à tertianis differunt, quãuis eo qui vtrunq; facit morbum humore cõmunicẽt, quòd in his quidẽ intra venas cõtinetur, in illis verò cùm vehemẽter moueatur, per singulas corporis partes disseminatur, quo fit, vt delationis impetu ipsa per seipsam expurgetur. Eadẽ causa est cur febris ex sudoribus atq; vomitibus finiatur. In adurentibus autem febribus singulę accessiones ad infebricitationem nõ perueniunt: quoniã qui earũ causa est humor, non expurgatur: sed quãdo in his bilis vehemẽtius agitatur, ac veluti efferuescit, cumq́; à natura inualescẽte impellitur, tunc rigor superuenit, & febris soluitur. Nã à febre adurente (inquit

Notat quæ sint cõmunia ardẽti febri & tertianæ, vt inde veniat ad pria vtriusque.

58. Aphoris. 4.

Hippo.)habito,ſuperueniẽte rigore, ſolutio. Quòd verò non modò cauſa frigida, ſed & acris & calida rigorẽ faciat, in libro de Cauſis accidẽtium,oſtendimus,addentibus nobis eos qui calido atq; acri medi- 5 camento vlceri impoſito vehemẽter morſi ſunt,atq; inde rigorẽ experti : & qui ſuperfluitatibus pleni fuliginoſis,deinde balnea ingreſsi horruerũt. Sic enim & febricitantes,& qui vehementẽ cruditatem pa- 10 tiuntur,& omnes quorũ corpus ſuperfluitatibus acribus redundauerit,ſiue in balneis,ſiue in locis vehementius à ſole calefactis,ſiue quocunque alio vehementiore motu agitentur , ſtatim quidem videmus 15 horrere, & ſi diutius in eiſdem perſtiterint,ad rigorem concuſſumque perduci: quoniam ſcilicet vbi ad balnea atq; exercitia ventum eſt,qui interim humores cõquieuerant , vehementiùs moueantur: hi 20 enim omnes agitati, & per ſenticntia corpora violenter delati, ſtimulant,pungunt, ac feriunt,atque hinc ſenſum inæqualem, rigorem,cõcuſſumq; inuehunt. Hæc quidem igitur alibi dicta ſunt. Tertiana verò 25 febris,quæ ex flaua bile mota ortũ habet, rationabiliter ſtatim ab initio rigorẽ affert nõ mediocrẽ,hoc ipſo primũ à quartanæ rigore differentem,quoniam pungi

videtur,ac percuti corpus(talis enim eſt in tertianis febribus rigoris ſenſus)ſicuti in quartana febre ſimilẽ frigefactionem habet,qualis per gelu tẽpore hyberno ſenti-
5 tur. Nã & illud oſtẽſum eſt,quòd in quartana febre atra bilis redũdat,ſicuti in quotidiana,pituita. Tertianam itaque febrem fieri non contingit ſine rigore vehementi pungente ac feriente carnẽ. Quartana au-
10 tem febris non primo ſtatim die cũ rigore inuadit vehementi : nam progrediente ipſa atq; aucta,vnà etiam rigor augetur, ſenſusq́; ægrotãtibus adeſt,nõ quaſi pungãtur,ſed qualis perfrigeratis ac veluti ad
15 oſſa vſq; cõtuſis:nam ita eos audire licet: aiunt enim eo modo ſe affici,quo in genere laſsitudinis quam ὀσόκοπος Græci vocant,quaſi cõprimatur caro,atq; confringatur.In quotidianis autẽ non antecedit
20 rigor,neq; ſtatim ab initio,neque in progreſſu,ſed ſolũ *frigefactio. Nunquid igitur hæc ſunt tertianarũ febriũ indicia?vel neq; etiam pulſus vllam habẽt cũ quartanis ſimilitudinẽ?hæ enim paruos & debi-
25 les & tardos & raros adeò pulſus faciũt in inuaſionibus, ſicuti nulla altera diſpoſitio: tertianis verò parui quidẽ ac debiles, tardiq́; ac rari,cùm inuadunt, pulſus neceſſariò adſunt:verũ tarditas ac raritas nõ

ὀσόκοπος laßitudo quædã eſt, attractus in oſſa & neruoſa corpora humoribus, qui cũ vel ſponte ſua vel corruptela mordeant, inferant dolorem, tanquam internæ partes diuellãtur & oſſa perfringantur.

* Frigi-

par

ψύχονται fortasse extremis & in ambitū frigent.

parū ab iis abest qui in quartanis accidūt: nam in quartanarū principiis videbitur tibi arteria quodāmodo esse allegata, atq; ad interiora retracta, neq; liberū habere ascensum: in tertianis verò neque aliquid 5 tale percipitur, tarditasq́ue propè accedit ad eum qui secundum naturā est, motum. Quum verò quartanæ febres inuadunt, quamuis ægrotus iuuenis fuerit, talis fit motus arteriæ eius, qualis in ætate decre- 10 pita. His igitur omnibus legitimæ tertianæ depreheēditur accessio, ac præterea etiā differt, quia in hac certus ordo atq; æqualis pulsus inest: neque enim in his aliqua in vno motu adest inæqualitas, neq; etiam 15 in collectione: quāuis hoc rarū sit, & quod omnino paucis accessionum principiis solet accidere. Iam igitur hæc febris cū primùm inuadit: neminem eorū latebit qui sæpiùs ipsam sunt contemplati, sed adhuc 20 minus in his qui vocantur ascensus atque augmenta. Nā æqualem & liberam habet celeritatem, statimq́ue ad magnitudinem atq; vehementiam excitatur, hisq́; omnibus frequentiam respondentem, neq; ipsi 25 vllum adest inflammationis signum. Iam igitur & sitim inuehit, & hominē exurit, & paulò pòst in vigore cōsistit: calor æqualiter quaquauersus extenditur: nihiloq́ue

Quid sit ἄθροισμα & inflammationis pulsus, legitur apud Galenū in Isagoge de pulsibus.

plus

plus thorax extremitatibus calet:& si manum imposueris,*in primo occursu quidem fit calor multus atq; acris,quiq; veluti quodam cũ vapore efferatur:paulò pòst
5 verò à manu superatur:*non vti in febribus malignis adurentibus accidit: contrà enim illæ grauiores ac molestiores, quanto diutius perdurant,apparent: & iam bibendi tẽpus adest ægrotanti,& statim post
10 potum plurimus vapor calens per cutẽ exhalat,sudoris nuncius,bilisque superuenit vomitus,venterque soluitur, & biliosum mingũt.Tum ergo vel quiuis exquisitam tertianã agnoscat. Incipit enim sudor va-
15 porosus ac calidus, quemadmodũ in balneis, totũ verò ipsis corpus æqualiter sudat:talisque est pulsus,qualis in iis qui bene valẽtes exercentur & lauant, velox scilicet ac magnus & vehemens,ac frequens:
20 erat autẽ & statim ab initio æqualis.Sed præter hæc omnia etiã in quietem febris desinit,vniuersum accessionis tẽpus vltra duodecim horas non extendens:nam hoc tempus longissimum est in veris tertianis.
25 Sæpius autem aliquãdo septẽ horas accessio cõtinet:nõnunquàm citius aut tardius sed non multò,finitur. Hanc quidẽ febrẽ si nondum noueris exquisitam esse tertianam,sed expectaueris deliram illã appel-

la

** Aëtius addit, thorace.*

** Hîc melius particula ἐκ νõ, colligatur sequentibus, quã relinquatur præcedenti orationi etiã si aliter in quibusdã Græcis codicibus.*

lætam diatritum, iam neque esses Thessalicus asinus, sed potius lapis quidam. Si verò etiam ipso ægroto mingēte vrina subruffa vel subflaua & crassitudine mediocris apparet, ac paulò pòst vel albam nebulam vel suspensionē optimam fecerit, iam nō etiam lapis simpliciter fores, sed is qui molaris appellatur, si quidē hanc tertianam esse ignoraueris, & exquisitā tertianam quæ vltra quartum circuitum non progredietur. Ruffiore verò vrina existente, neq; suspensione aliqua: neq; nebula in primo circuitu apparente, ad septem circuitus extendetur. Inter omnes autē tertianas illa simplicissima est, quę cū omnia illa nuper à me dicta exquisitæ tertianæ signa commōstrauerit, in vrinis etiā subsidentiam albam & læuem & æqualē statim in primo fecerit die: neque enim hæc vltra tertiū progredietur circuitum. Age igitur quando omnia dicta sunt à nobis exquisitæ tertianæ signa, & quædam tanquam ipsius genealogia per capita descripta est, iam ad aliud transgrediamur. Accessio quidē incipit cum vehementi rigore, faciens quales diximus pulsus: deinde paulò pòst augetur, properatq; ad statum cum iis quæ diximus omnibus, deinde soluitur eo quo diximus modo. Ipsius verò

ge-

generatio & tempeſtatem aridam & calē-
tem requirit, & vt ſummatim dicam, æſti-
uam, ætatem iam vigentē, & naturā bilio-
ſam, quæ in laboribus, vigiliis, curis, &
5 inediis extiterit. Et ſi libet, his etiā adde id
quod conſueuit Archigenes propter lapi-
deos iſtos methodicos adſcribere, ſic ſcili-
cet vt præſens tempeſtas multas tertianas
populariter fecerit: vt artificioſis indiciis
10 vulgarem quidē, veram tamen coniecturā
adiungens, fidē præcognitionis adaugeas.
Nunquid per deos nondū etiam dicemus
hanc eſſe tertianā, ſed lanificorum diatri-
tum expectabimus? quam delirus Theſſa-
15 lus inter mulieres educatus, ſub patre fla-
gitiosè lanas texente, malè auſus eſt dice-
re Hippoc. & reliquos medicos veteres ex-
pectaſſe. Qui tam ſuperbè omnia medici-
næ theoremata ſtantia ac firma pronun-
20 ciauit, tertianā febrem inuadentē nequit
agnoſcere, ſed diatritum expectat: hoc ſi-
quidem admirabile eſt, quæ quidē nō erāt
certa, hæc certa dixit eſſe: omnia autē quæ
verè certa erant, ignorauit. Sed huius qui-
25 dem vetulæ nec meminiſſe conuenit.

Exemplum exercitationis in quartana.

CAP. IIII.

POſtquàm verò exquiſitā tertianā iam patefecimus, ad exquiſitā quartanam

tran-

transire tẽpus est. Cuius principium quale sit, iam diximus anteà, quòd videlicet nihil simile habeat in rigore ac pulsibus cũ tertianę circuitu. Nũc reliqua trãsigamus. Sed neq; illud ratione caret, vt pulsus qui in accessionibus sunt, quamuis anteà enumeratos, iterũ repetamus. Si enim cognoueris pulsum ægrotantis naturalem, vel in altero ipsius morbo per initia accessionis affueris, nil amplius expectabis, quin febrem inuadentẽ quartanam esse pronuncies: nam eximia quædam ad tarditatẽ ac raritatem conuersio fit: ego quidem nonnullos meos familiares quorũ pulsus exquisitè cognoueram, iam ingruẽte accessione contemplatus, quòd tale principium nullius alterius quàm quartanæ febris fore cõtingeret, demõstraui, atq; ita euenit. Tu verò si artis quæ circa pulsus versatur, magnã nõ habes peritiã, deinde raritas ac tarditas eorum te moueat, securiùs tamen atque exactiùs velis discernere, præcepta Hippoc. hoc in loco ad memoria reuoca, qui tẽpore æstiuo tertianã, autũnali verò quartanã abundare asseuerat. Primũ verò hoc ipsum considera, nunquid autumnus frigidam & siccam *& inæqualẽ habuerit temperaturam: & tũc magis sperabis quaternos circuitus in ipso fore frequẽtiores.

** Addit Aëtius magis quàm pro natura sua.*

Post

Post hæc si regio ipsa talium febriũ sit generatrix, & si ægrotantis natura atræ bili obnoxia sit: talisque ratio victus antecesserit quæ huiusmodi humorem aggregauerit, & si eo tẽpore quartanæ febres populariter fiant. Hæc autem cum illis quæ deinceps dicentur, obsignabis, si homo lineosus fuerit, vel febres erraticas passus fuerit, * si augmentum & status plurimum contraria fuerint, & secundum caloris motum, & pulsuum, & præter hæc omnia si tenues & albæ & aquosæ vrinæ fuerint. Hæc enim per omnia iis quæ in tertianis apparent contraria sunt. Tertianam quidem à quartana qui primo statim die nescit distinguere, neque omnino medici meretur nomen.

Adde si vis, ætatẽ quæ 35. annum superat.

** Si ea signa quæ sunt incrementi & status, maximè contraria sũt ijs quæ ijsdem temporibus in tertianis febribus apparent.*

Exemplum in quotidiana. CAP. V.

Quotidianam à tertiana discernere facilius est: neq; primo statim die cum rigore inuadit, sed progressu temporis refrigerationes potius quàm rigores ipsis adueniunt: neq; vllus ordo aut æqualitas pulsibus assidet, cùm primùm accessiones fiunt. Nouimus autem quòd & in augmentis, motus velocitas, magnitudo, atque vehementia, quæ omnia tertianis perspicuò adsunt, quotidianis non adsunt:

ſed neq; deurũt laborantes,neq; denudare corpora,& pallia iactare cogũt, neq; multum aut frequenter reſpirare, ac veluti flã-mam ex ore efflare, frigidumq́ue potum expetere:verùm iſti cùm febricitant,mini- 5 mè ſitiunt: vrinæq; ipſis in primis diebus tales ſunt quales quartanis incipientibus adſunt:atque in primis diebus minimè ſudant:ſed progrediẽte tempore hoc etiam illis aduenit. A' tertiana quidem adeò ma- 10 nifeſtè differt,vt nihil cũ ea ſimile habeat, ad quartanam autem propius accedit, ſed & ab hac differt manifeſtè, primùm quidẽ & maximè pulſibus,quos in ægrotis familiaribus quiſpiam exactè deprehendat:ſed 15 & rigore etiam, atq; aliis extrinſecis omnibus propter quæ accidit:nã & natura eget humidiore,vitaq́ue otioſa plena crapulis. Sic igitur & in pueris plurimum fit:ac perrarum eſt,quin & os ventriculi & hepar in 20 ipſis malè afficiatur: ſed & cruditates antecedunt plurimæ,& coquẽdi moræ,& acidi ructus:& quum primũ febrire incipiũt, præcordia vltra naturalem habitum intumeſcunt: magna verò ex parte inflantur, 25 ac diſtenduntur:color his cum palliditate albus,etiã cùm acceſsio in ſuo vigore conſiſtit, taliumq́; ægritudinum hybernum tempus ferax eſt,& ſtatus temporis humi-

dus,

dus, & eiusdem naturæ locus, & accessionum principium sub vesperã inuadit. Ita quidem quotidiana, tertiana, & quartana, primo die inuicem discernuntur.

5 *Quid commune, quidq; differens in intermittentibus, & his analogis continuis, quæq; synochi differentiæ sint aut modi.*

CAP. VI.

CONtinuas autem febres quæ idem ge-10 nus cum illis quas nuper diximus, habent, quispiam exercitatus, neq; in primo die agnoscendi ac distinguendi facultate carebit, secundo verò neque si etiam fuerit imperitus, si quidem mentem adhibue-15 rit. Dico autem febres continuas idem habere genus cum singulis intermittẽtibus, cum tertiana quidem exquisita exquisitã ardentem, cum quotidiana verò eam quæ quolibet die facit accessionem, sed nũquã 20 desinit ad quietem febris: sic & cum quartana illam quæ quarto quoq; die similiter. Nam exquisita febris ardens cùm omnia alia seruet exquisitæ tertianæ indicia, eo solo differt, quòd neque cum rigore inua-25 dit, neque ad quietem febris desinit. Quæ verò quotidie accessionem facit, quando & anni tempus & præsentis aëris conditionem, & ætatem, & regionem, & naturam corporis, & victus rationẽ antecedentem,

Idem genus continuarũ & intermittentium.

ac præterea pulsuum formam, caloremq́;
eundem habuerit cum exquisitis quotidia
nis, nõ peruenerit autem ad quietẽ febris,
idem genus cũ illis obtinet. Eodem modo
& quæ quarto quoque die accessionem fa- 5
cit, nulla interposita febris quiete, eiusdẽ
est generis cũ quartana: & palàm est quòd
neq; rigor in ea accessiones antecedet, ne-
que sequetur sudor, sicuti neq; in febre ar-
denti fit horum neutrum: neque statim ab 10
initio, neq; deinceps vsque ad crisim fieri
possibile est. In his igitur dignoscẽdis quis-
piam prius se exerceat, atque inuicem di-
stinguere studeat febres simplices atque
impermistas à dissimilaribus & cõpositis, 15
quas simplices quidẽ ob hoc ipsum legiti-
mas atq; exquisitas veteres medici nomi-
narũt. Nã quæ in sola flaua bile febris ac-
cenditur sine aliquo visceris affectu, si qui-
dem manẽte adhuc intra vasa bile accen- 20
datur, exquisita febris ardẽs nũcupatur. Si
verò per totũ corpus deferatur, tertiana.
Sic & quæ ab atra bile fit febris, cùm per
totũ corpus delata fuerit, quartana effici-
tur: quieta verò ac desidẽte in venis conti- 25
nua, quæ quarto quoq; die exacerbatur: si-
cuti si ex pituita ortũ habeãt, vel quotidia-
næ sũnt, vel quæ continuè singulis diebus
accendũtur. Nam quæ ad quietẽ desinunt
feb

febres tertianæ,quartanæ & quotidianæ,
eandē hypothesim cum continuis de qui-
bus diximus habent,vno solo differentes,
quòd per venas vel totū corpus in eis de-
5 feruntur humores : quare & reliqua ipsis
eadem adsunt : quia verò cum rigore, vel
non cum rigore, & cum vomitibus quibus-
dam & sudoribus fiunt, vel sine his, diffe-
rentiam habent. Continuam quidem no-
10 mino febrem, quæ ad quietem antequàm
ex toto soluatur,non desinit, etsi declina-
tio aliqua sensibilis appareat. Cùm verò
neq; declinatio aliqua sensibilis fiat, sem-
per verò à primo principio febris vsque ad
15 crisim similis perseuerauerit,erit & hęc ex
genere febrium deurētium: ab iisdem ve-
rò acutie differt:sed neq; in primo die ne-
que in secūdo est huiusmodi febrē præno-
scere,neq; alioqui vtile. Sufficit enim ge-
20 nus agnoscere,quòd scilicet biliosa sit at-
que deurens, & peracuta, neque enim si
etiam synochum ipsam nominauerit, vt
quidam medici faciunt,non propterea to-
to genere differt ab ardentibus, etiamsi
25 nomine distinguantur : sicuti neque o b
id quòd tres eiusmodi synochi differen-
tias agnoscentes, proprium singulis ipsa-
rum nomen imposuerunt , has quidem
ἐπακμαστικὸς, id est, increscentes : illas verò

ὑπόθεσιν genus & materiam intelligit.

In cōtinuis humor per venas in intermittētibus per corporis habitum differtur.

Continuæ quæ.

Galenus σύνοχον et συνεχὲς aliàs distinguit, aliàs miscet: nā vt scribit in Epid. recētiorū inuēta sūt q ita nominibus distinguūt.

Tres synochi diffe-

ὁμοτόνὸς & ἀκμαστικὰς, id eſt, in eodem vigore atque tenore perſeuerantes: alias παρακμαστικὸς, id eſt, decreſcentes nominãtes: iam ex hac diuerſitate appellationum differre eſt exiſtimandum: quare neq; ad præ- 5 ſentem tractatum eorum dignotio plurimum confert. Hæ enim omnes in prima ſeptimana diiudicantur. Hîc verò in præſenti eſt neceſſarium aliquam totius morbi *cõſtitutionis ac criſis in primis diebus 10 aſſequi cognitionẽ. Si enim tertiana pura fuerit, intra ſeptimum circuitum: ſi verò exquiſita febris ardens, intra primam ſeptimanam neceſſariò finietur. Omnino autẽ diuturnę ſunt & quotidiana intermittens, 15 & illi adhærens continua, ſicuti & quartana, & quæ per quartum excreſcit. Quare tria erunt vniuerſa ſimplicium febriũ genera: ſingula verò ipſorum in duas primas differentias ſecabuntur: vel enim intermit 20 tentes, vel continuę febres erunt: & primo die ſtatim inuadentes dignoſcentur, aliæ ſtatim in primo acceſsionum inſultu, aliæ verò in aſcenſu, quædam in vigore, quædã in primis declinationibus, vel febre vacã- 25 tibus intermiſsionibus.

τε̃. aut modo ὁμοτόνὸς, alio loco ἀκμαστικὰς vocat, ἐπακμαστικὸς verò ἀναβατικὸς.

**καταστάσεως aliud eſt quàm ἀκμὴ et στάσεις: κατάστασις. i. cõſtitutionẽ morbi agnoſcit, q artificiali coniectura prænoſcit, quãta & qualia futura ſint tẽpora vniuerſalia morbi.*

Vt ſimplex natura & doctrina prius eſt, compoſitum verò poſterius, ita iam de compoſitis diſciplinam inſtituit.

Composita febris, vel quia complexis vnà febribus mista est, vel quia alteri morbo iūcta est.

CAP. VII.

QVòd si morbus compositus fuerit,
5 nō æquè facilè dignoscetur: at hîc
maximè intelligentia atq; exercitatio est
necessaria. Intelligentiam igitur propriam
suapte natura poßidens, vel minimè poßidens quispiam accedet: exercitationem
10 autem ea quæ nunc dicetur, meliorem nemo reperiet. Oportet enim ad hæc exercitari, vt simplicem febris speciē agnoscat,
atque ita deinceps ad compositas trāsgredi. Dupliciter verò genus febris composi-
15 tum constituitur, prima quidem sectione,
vel quia eæ quas diximus febres citra alicuius membri paßionem commiscentur,
vel quia ex membri cuiuspiam inflammatione accenduntur. Verùm in vtraque ha-
20 rum differētiarum alteram rursus sectionem fieri contingit. Nam quæ citra mem
bri paßionem consistunt, dupliciter commiscentur: aliquando implicatæ, nonnunquàm verò, vt quis dixerit, per se totas
25 confusæ, sic membra quoque inflammata,
nam & ex ipsis quædam quidem veluti
complicātur tantummodo, quædam verò
veluti confusionem quandā habent dispositionum. Primùm igitur exercitari opor-

Duplex febris composita.

ὑποδιαι-ρέσεις *febris compositæ.*

tet ad hoc, vt complicationem cognoſcamus, deinde ipſam cõfuſionem, à febribus incipientes. Febres quædam complicãtur vnius generis cum aliis eiuſdẽ generis, vel vnius ſpeciei cum aliis eiuſdẽ ſpeciei. Con 5 tingit verò nonnunquàm vt etiam differentes. Nam quotidianæ tertianis, & his quartanæ, & quæ eandem ſpeciem ſeruãt, inuicem plerunque cõplicantur. Quo fit, vt idem homo tres habeat quartanos cir- 10 cuitus. Sed hos quidem non eſt difficile agnoſcere. Quandoq; verò aliqua ex intermittentium genere continuæ implicatur, difficillima quæque ægerrimè explicetur miſtura: de qua deinceps dicemus, ſi prius 15 omnes quas propoſuimus ſimplices differentias trãſegerimus. Nã ſicuti febres, ita & patientia loca miſtionem recipiunt, vel quia differentia membra propriã ſingula febrem accẽdunt, vt lien & iecur: vel quia 20 diſpoſitio miſta, veluti inflãmatio cũ eryſipelate, aut eryſipelas cũ inflãmatione miſcetur. Sed in his omnibus miſtionibus dignoſcendis exercitari oportet, quãdo iam exquiſitè omnes earum formas ſimplices 25 tenuerimus. Alia enim eſt forma febris ex inflammatione membranæ cerebri & lateris, & pulmonis, atq; hepatis ortæ, ſicut omnes aliæ febres quæ ex inflammatione

part

partium nascuntur, diuersificantur. Sed & aliæ rursus formæ sunt earum quæ ex erysipelate accidunt. Et febris ardēs maligna, vel pulmonis, vel hepatis, vel vētriculi ery-
5 sipelatibus aduenit. Distinguere autem oportet in singulis ægrotantibus, primùm quidē, si sine loci passione sit febris, vel ex humorum putredine, vel quia solus spiritus sit alteratus: deinde, si membrum fe-
10 bris sit causa, quænam sit eius dispositio. Vbi verò horum notitiam exercitatione comprehenderis, tunc eorum omnium mistionem inuenies.

Mediocre scribendi genus eligit, ne breui-
15 *tate mancus, & obscurus, prolixitate molestus euadat.* CAP. VIII.

NVnquid igitur à me exiges, vt vel de patientibus locis, vel de omni febriū cōplicatione recēseam? At ipse rursus ope-
20 ris damnabis prolixitatem. Hoc enim admirandum plurimi hominū patiuntur, vt pauca discere expetant, & nihil prætermittere. Decem igitur Archigenis ad febrium dignotione volumina cùm dicunt esse lon-
25 ga, solum legere compendium instituunt, neq; hoc ipsum omnes. Sunt autem qui & eo aliquid breuius postulent: sunt qui & illum damnent, quoniā volumen integrū de febris dignotione conscripserit, atque

ideo hũc nolunt attingere, neq; quicquam audire aut discere quantum Erasistratus in febris notione aberrauerit. Quũ verò exigunt sibi aliquid de febribus enarrari, primam statim differentiam non admittunt, 5 quòd videlicet quædam ex locorũ passione, quædam autem sine illa consistant. Idẽ autem circa crises patiũtur, si quid prætermissum fuerit reprehendentes, verborum tamen damnantes prolixitatem: quamuis 10 hæc duplex sit, veluti hoc loco distinguã: quarum vtranque cùm ipsi vituperent, magis tamen sermonum carpũt breuitatem. Hanc quidem, vt quæ aliquid ex iis quæ sunt necessaria, prætermittat, vel saltẽ ob- 15 scuram tradat doctrinã. Prolixitatẽ verò, quæ omnia enumerat opportuna, atq; vnà falsas aliorũ opiniones refellit, longas esse nugas autumant: eosque qui solùm vtilia docent, collaudant: rursusq; aduersus eos 20 qui hæc tantùm dicunt, obiiciunt contrarias aliorum opiniones, temeritatemq; reprehendũt, si sine demonstratione simpliciter proferentibus sibi fidem velint adhiberi. Neque verò etiam illos tolerant, qui 25 in docendis vtilibus sermonẽ extendunt. Quare neq; mirandum, si eos qui de crisibus sermones habentur, eodẽ modo accusabunt, breuitatem quidem vituperãdo, vt

quæ

quæ obſcurè doceat, & multa prætermit-
tat: neque plura audire ſuſtinendo, atq; in-
ſuper quæ paulò antè dixi, reprehendẽdo.
Nam & de patientibus locis Archigenes
5 tres libros conſcripſit, optimè quidem o-
mniũ qui circa eandẽ materiam fuere ver-
ſati. Hæc igitur ſi in præſentem tractatum
transferre tentarẽ, atq; his præterea adde-
re quæ à nobis inuenta ſunt, prolixitatem
10 operis accuſabunt: & ſi etiam de febrium
differentiis omnia hoc loco tranſigerem,
multo etiam magis viderer ipſis eſſe proli-
xus. Hoc itaque verbum, nullum poſſe li-
brum vim calumniæ effugere, adeò vetus
15 eſt, vt eius etiam meminerit Plato. His au-
tem ita ſe habentibus, mediã ſermonis for
mam eligere optimũ mihi viſum eſt. Quid
autem eſt medium? Quod ego nunc mihi
videor attingere, omnia illa demonſtrans,
20 quæ oportet eũ de neceſsitate cognoſcere,
qui rectè preuiſurus ſit morbi ſolutionem,
qualis quóve tempore futura ſit, non om-
nia quidem hoc loco tranſigẽs, ſed ea enar
rans, quæ ab anteceſſoribus meis obſcurè
25 ſunt tradita: quæ verò pretermiſſa, hec ad-
dens. Quæcunq; autem manifeſtè ac rectè
ſunt à veteribus ſcripta, trãſcribere: aut iis
quę ſunt ab eiſdẽ malè dicta, cõtradicere,
vt longum opus euitare valeam ſuperſedi.

Poſt

Poſtquàm igitur in primo Aphoriſmorum Hippocratem exponeremus, ibi oſtendimus quòd ex ipſius morbi natura nō paruam liceat occaſionem accipere ad futura prænoſcenda, mirum verò multis videtur, ſi in primo die quiſpiam morbi ſpeciem agnouerit, quod nos demōſtrare tentauimus difficile quidem fortè eſſe, non tamē impoſsibile, viamq; qua hoc facere oportet, expoſuimus: hîc mihi à ſermonis prolixitate abſtinere viſum fuit, atque eos qui vellent hæc exquiſitè cognoſcere, in Archigenis commentariis de locis patientibus exercitari iubere, atq; inſuper in commentariis de Febrium notis & typis. Nam & fortè nos in eoſdem typos tractatus ædemus, vt ea quæ à veteribus inuenta ſunt, tranſigamus, ac quædam quæ non rectè ſcripta ſunt ab Archigene, ſubtrahamus, omniaque dilucidè aperiamus. At quod ad præſens attinet, in illis oportet exercitari.

12. apho. 1

Qui ad morborum & locorū affectorū notitiā legendi ante hos cōmentarios libri.

Inſiſtit in cognitione febriū miſtarū inter ſe, & vt loquitur ἐξ ἐπιπλοκῆς quales ſunt ſemitertiana & implexa quotidianæ tertiana, tertiana tertianæ, & tres tertianæ &c. quas tamen ex proprijs characteribus & formis diſtinguere oportet.

CAP. IX.

Rur

RVrſus igitur quantum huius intereſt operis repetētes, trā ſigamus. Intereſt autem viam tradere exercitationis de com poſitis morbis, qualem nuper de ſimplici-
5 bus fecimus. Exquiſitas enim febres, ſiue intermittentes ſint, ſiue continuæ, ſtatim à principio noſcere datur: quæ verò ex miſtione aliarum variantur, atq; adulterãtur difficile quidē eſt in die primo, non tamē
10 impoſsibile agnoſcere plurimasquidem in ſecundo vel tertio vel omnino quarto die exquiſitè poſſumus inuenire. Nulla enim neque eſt ſpecies: neque genus morbi, quod circa tertiam vel quartam diem, cuius natu
15 ræ ſit, non poſsit euidēter innoteſcere. Inuadat igitur febris aliqua horrida ſimul, que omnino inæqualis in pulſibus, atq; in eo qui per totum corpus ſentitur calore, vt ſæpe propius ſtatū eſſe exiſtimetur, vel me
20 dium augmēti obtinere: rurſus verò horrida fiat, & pulſus minores & debiliores ac tardiores & rariores habeat, & calorē quidē ab extremis partibus recedētē, circa verò ventrem atq; thoracem redūdatē hanc
25 non abſq; ratione quiſpiam hemitritæum, id eſt, ſemitertianam fore ſperet, vel potius iam eſſe: à multis verò in tertio die noſcetur. Sed hæc quidem miſta eſt ex bilioſa & pituitoſa febre, de quibus anteà ſermo ha-

beba

bebatur non iam inuicem complicatis, sed per se totas confusis. Quæ autem ex complicatione earum fit, quadrupliciter consistit, vel tertiana quotidianæ commista: vel ea quæ quotidie accessionem habet continua, illi quæ per tertium continua est: vel tertiana, ei quæ singulis diebus accessionem facit continuæ: vel quotidiana, ei quę per tertium diem continua est. Nec vlla ex his mistionibus in primo die exquisitè cognoscitur, secundo verò instanti die agnoscere facile est, ac multo magis tertio: raroq; est vt quarta dies ad id sit necessaria. Fiat enim (si ita contigerit) in primo die accessio vnà cum rigore, deinde calida atque deurens febris accendatur *ardenti similis, ac sitibunda, atque ad statum celeriter properet, pulsus ęquales habẽs, magnos atque veloces, vehemẽtesq; atq; frequentes. Sit autem vnà cum pulsibus & calor æqualis omnino: deinde cum vomitu & sudore finiatur, & quædam infebricitatio succedat. iã manifestum est huiusmodi accessionem esse tertiani periodi propriam. Fiat autem & in sequenti die quotidianæ accessio (neque enim de eisdem millies dicere est necessarium) hîc mentem adhibere oportet ad horas accessonum, vt aliquid de die tertio prænoscas. Nam si tertianæ febris

*al. ἀσώδης, non καυσώδης quæ verò fit ἀσώδης postea dicitur.

Hîc meminisse oportet, more veterũ initium diei

& numeri horarum, duci à sexta matutina nostra ad sextam vespertinam, vt septima nostra consuetudine vsu veterũ prima

febris accessio circa primã horam fieri debeat, circa vndecimam autem quotidianę: sic quidem manifesta erunt vtriusq; principia: & magis si lõgiori interuallo disiungantur. Si verò vtraq; eadem hora inuaserit, erit omnino mista accessionis forma: & ei qui diligentius inspicere quiuerit, quędam apparet facta confusio quotidiani & tertiani circuitus. Distinguit autem eos manifestè quartus dies, cùm tamen sint artifici etiam in secundo cogniti. Adhuc autem difficilior est intermittentium cum continuis mistio, vt pluribus omnino impossibilis videatur: simul enim & febrẽ intermitti, atque haud sine febre hominem esse, ex tali accidit commistione: quo nihil minus possibile esse videtur. Sed si quis & hîc exquisitè possit cognoscere vtriusque febris naturam, manifestè comprehendet quòd neque huiuscemodi mistio est impossibilis. Nuper igitur quędam muliercula paribus diebus horridam habebat accessionem, semitertianæ exquisitæ propriam: imparibus verò, manè alteram quandam, ea quę præcesserat longè minorem: vt altera die semitertianæ febris ac-

sit: vndecima nostra illorum quinta sit: et illorum vndecima quinta vespertina: tertia pomeridiana vsitata nobis, veteribus nona numeratur. Hæcq; quoniã ad hunc locũ & consimiles opus est. In hac historia euariant codices Græci: versiculus tamen, visum est se-

ces

cesſio ſuper acceſsionem aduenire videretur: quod in tali febre fieri conſueuit. Circa octauam verò horam diei altera inuadebat acceſsio cum rigore vehementi, omnia exquiſitæ tertianæ febris indicia afferens. Iam verò hæc confracta ſudoribus ac bilis vomitibus hora tertia noctis, mox extendebatur ad diei paris horam ſecundam. Et cùm iam quieti appropinquaret, rurſus horrida atq; inæqualis acceſsio ſuccedebat, quam* paribus diebus fieri diximus deinde per totam diem malignè compreſſa, ac deinceps adaucta, vix occidente ſole ad ſtatum perueniebat, ac declinare incipiebat hora* quarta noctis: deinde manè rurſus ex abundantibus reliquiis augmentum non valde inæquale vſque ad octauam horam intendebatur. Et quum iam manifeſtè ſtatum obtinere febris videretur, iam febrem hanc altera febris exquiſitæ tertianæ acceſsio ſuſcipiebat. Hanc nos febrem ſtatim die ſecunda ex complicatione ſemitertianæ febris atque tertianæ factam agnouimus longè verò certiorem tertius dies præbuit cognitionem: atque in ſpem venimus, alterum nempe tertianæ febris circuitum finem habiturum, alterum in longius tempus debere protendi: quod etiam contigit. Et

tunc

Margin: 5 · 10 · 15 · 20 · 25

Marginal notes: [Se]mitertianā moueri paribus imparibus tertianam cū exacerbatione quadā & veluti reduplicante acceſsione ſemitertianæ, quod ἐπιπαροξύνεσθαι vocat. — *ἐν ἀρτίοις. — *Quæ nobis nocturna decima eſt.

tunc apertè visum est in reliqua parte ægri
tudinis solam superesse semitertianã, quæ
principium quidem totius circuitus in die
pari faciebat, in impari verò superaccẽde-
5 batur. Tales quidem mistiones non est
vniuscuiusque dignoscere. Si qua verò fe-
bris in primo die exquisita tertiana depre
hensa, deinde die sequenti similem prio-
ri omnino fecerit accessionem, hæc longè
10 tolerabilior est, duplex existens tertiana.
Sic autem & duæ & tres quartanæ sæpius
inuicem complicantur, quas accessionum
forma à quotidianis distinguit. Neq; enim
quòd singulis diebus accessio fiat, hoc suf-
15 ficiẽs signum est ad febres quotidianas in-
dicandas, sed & febris ipsius & acciden-
tium formę quotidianam separant. Opor-
tet igitur in vnaquaque re primùm artifi-
cem fieri (quibus verbis vsus est quidam ex
20 nostris præceptoribus) deinde sic ipsa ag-
gredi opera. Artificem autem fieri est qui-
dem primùm & maximè totius artis subie
ctæ materiæ, simplices vires agnoscere,
mox ipsarum etiam composituras, quot &
25 quales sint. Nam de medicamẽtorũ com-
positione atq; vsu eadem est doctrinæ via,
quemadmodum in commentariis de ipsis
scriptis ostendimus: cùm duplex materia
medicis adsit, altera in qua aduenit finis,

Duplex materia medica.

quæ ſunt ipſa hominum corpora: ſecunda verò auxiliorum, à quibus vel ex quibus fit finis. Ea quidem quæ eſt de medicamentis tractatio, ad ſecundam materiam attinet: at quæ nunc tractatur, ad primam. 5 Nunc enim diſcere oportet in iis qui de febribus ſermones habentur, quòd tria ſunt omnia quæ ex humorum putredine febrium accenduntur genera: quędã enim ex flaua bile (hæque plurimæ ſunt) quæ- 10 dam verò ex atra, quædam ex pituita conſiſtũt. Hic verò ſermo haud parui momenti eſt, quòd interdum patientibus dictis humoribus, febris accenditur, neq; enim his ſecundum naturam ſe habentibus. Sed in 15 hoc ſermone etiam illud oſtenditur, quòd non ſit admiratione dignum, ſi ex frigidis naturâ humoribus putreſcẽtibus febris accẽditur, & quòd omnis aliarũ febrium varietas ex horum fit commiſtione: (ſed & 20 quę ephemeræ & hecticę febres dicuntur, alia duo genera ſunt, ab iis quæ acutæ febres nominantur, ſeparata) & quòd febris acuta vel aliquo dictorum humorũ putreſcente, vel membro inflammationem pa- 25 tiente generatur: & quòd inflammationis vocabulum non ſecundum antiquam conſuetudinem ſit audiendum. Hæc verò omnia multis digna admiratione viden

Phlegmone veteri cõſuetudi-

ne ἀντιφλογοσεως, ad omne genus caloris præter naturā extēditur: nā & herpes & erysipelas siue tumeat, siue nō tumeat plegmone est: vt fortasse hæc oratio affirmatio sit, et à particula cōmodè deleatur. Nam et aliter affectis partibus quā plegmone, posteriorū febris succenditur.

*Hæc melius quàm in Græcis codicibus.

dentur, quemadmodum & id quod paulò antè dicebamus, si queat vnquam intermittens cum continua commisceri. Sed nihilominus hoc admirandum, si nulla quiete ægrotanti adueniente, solùm intermittentes misceantur. At & hoc manifestè ostendimus non tertianis tantùm vel quotidianis intermittentibus, sed etiam quartanis accidere. * Cùm enim plures inuicem complicantur, siue eiusdem generis sint, siue diuersi, secunda plurimum anticipat aduenire, antequàm & hęc ad infebricitationem perueniat. Hoc verò maximè accidit in longioribus accessionibus. Nam in iis quæ intra primum interstitium desinunt (ita autem voco duodecim horarum spacium) vel multos necesse est complicari circuitus, vel eam quæ ex intermittentibus componitur febrem, impoßibile est ad continuitatem peruenire. Multas verò earum quæ ita complicantur febrium, medici qui circa talia non sunt exercitati, si quidem acutiores videantur, omnes vocant semitertianas, si verò tardius moueantur, erraticas. Cùm enim semel copiam acceperint putandi in semitertianis,

*ὑποσολή *suppreßio, remißio in hemitritæis, quia tanquam quiescens atque dissimilaris febris sese colligit, neq; signa edit, sed occulta manet propter frigidum humorem, qui tardius febrilem ignem concipit.*

Atq; hinc orta contẽtio, quòd alii continuam, alij intermittentem facerent.

** Βαθὑας ἑσπέρας eo modo quo dicimus multa nocte, ita hîc multo vesperi.*

Hîc eadẽ horarũ ratio quæ prius.

*suppresiones multas fieri, & in erraticis inordinata principia: omnes sic febres in quibus non inueniunt compositionem, semitertianas vel erraticas appellant, cùm tamen sæpius manifestisimam habeant proportionem: sicuti adolescens qui circa autumni finem, quum in prima die circa quintam horam cœpisset febricitare vnà cum rigore breui: deinde cùm paululum sudasset *multo vesperi, mox circa horam septimam noctis, priusquàm exactè febris desisteret, febricitare rursus incœpit cum rigore breui: deinde paulùm sudauit in secundo die, ac circa decimam horam iterum similiter accesionem habuit, & statim similiter sudauit in nocte: deinde tertia die hora secunda cœpit febricitare simul cum rigore, antequàm prioris diei declinatio in quietem desineret. Nobis igitur omnem febris formam diligenter cõsiderantibus, visa fuit trium complicatio tertianarum. Nam & quæ primo die cœperat hora quinta, & quæ sequenti nocte rursus hora septima, quæque in secundo die hora decima, &

pul

pulſus & caliditatem omnia*propria ter- tianis habebant, ſicuti etiam rigores atq; ſudores: nulla verò ex his ad quietem per- ueniebat: quoniam ſequentis ipſam tertia- 5 næ acceſsionis principium anticipabat, ſic vt ſi nulla alia febris ſucceſsiſſet, horis tri- bus aut quatuor homo ſine febre exactè perſtitiſſet. Trium verò tertianarum com- plicatio in ſecūdo ſtatim die nobis viſa eſt 10 manifeſtè. Quòd autem anticipādo acceſ- ſiones facerent, tertio die primùm cogno- uimus: nam hora ſecunda febris inuaſit, non quinta, quemadmodum in primo: ter tiani verò circuitus indicia omnia, iis qui 15 in primo die apparuerant, attulit manife- ſtiora. Ab hoc verò die deinceps obſeruan tes, omnes inuenimus acceſsiones duabus aut tribus horis anticipantes. Quare & illa quæ primæ proportione reſpōdebat in cir 20 cuitus ſucceſsione, quinto die oriēte ſole fa cta eſt, ſeptimo verò multo celerius, veluti circa horam noctis nonā, deinde quæ poſt hanc, ſecundum eandem proportionem in hora noctis ſeptima: & quæ ſequuta eſt, 25 hora quarta: atque abhinc rurſus quæ ſuc- ceſsit, quarta: & quæ poſt hanc quinta: de- inde iterum ſexta, deinde octaua hora de- cima à principio acceſsio facta eſt. Secun- dum verò ſimilem huic proportionem &

Propria quidem nō quia ſolus tertianis: ſed quia tertianis perpetuò adſunt.

aliæ duæ poſt ſeptimum periodum non ſo lùm non anticiparunt, ſed etiã tardius ad- uenerũt,quãdo & omnibus manifeſtè ap- paruit & iis qui ſemitertianã febrem eſſe putarunt,quantum ſua opinione aberraſ- 5 ſent. Nam acceſsionũ prolixitate ad octo horas contracta,ipſoq; acceſsionis inſultu non ampliùs anticipante,ſed potiùs retar- dante duabus iam horis tũc acceſsiones ad perfectam febris quietem deuenerũt,& ſic 10 iam paulatim à longitudine dementes ceſ ſauerũt,primùm quidẽ quę leuiſsima erat, deinceps quæ magnitudine ſecũda erat,& tertia vehementiſsima inter ipſas:quod & ipſum nõ mediocre fuit indiciũ,quòd ſta- 15 tim ab initio tres tertianæ extitiſſent. Sed cuius gratia hæc omnia dicta ſunt, ad hoc rurſus redeo,quòd oporteat exercitari, vt exquiſitè noſcamus omnes ſimplices diſpo ſitiones,adeò vt cùm ſolæ cõſiſtũt, primo 20 die facilè ipſas agnoſcamus:inuicẽ verò & ſibiipſis cõplicatas,etiãſi nõ in primo die, ſaltẽ in ſecũdo vel tertio, vel omnino quar to diſcernamus. Nos igitur haud quicquã latuerunt tres iſtæ tertianæ in ſecũdo die, 25 non ob aliam cauſam, niſi quòd earum naturã exquiſitè noſcebamus. Tale enim quid accidit in morborum notitiis, quod nobis omnibus in tota vita cõtingit: nam

eos amicos qui nobis familiarissimi sunt, ex longo interuallo statim primo intuitu agnoscimus. Si verò quempiam semel aut bis tantũ viderimus, vel sæpe quidem, nõ tamen cõtinuè, non iam æquè istum neq; ex longo interuallo, neque primo intuitu statim agnoscimus, sed nonnunquam diu ambigimus ac dubitamus, nunquid iste Coriscus, an Socrates sit. Ita & in morbis res ipsa se habet: singuli propriam habent *figuram, quam quispiam sæpius cõtemplatus promptè dignoscit, ac præcipuè cũ sola fuerit ac simplex. Earum igitur febrium quæ sine loco patiente ex humorũ accenduntur putredine, tres sunt primæ ac simplices †formæ, & earum scilicet quæ ex pituita, & quæ ex atra bile, & quæ ex flaua ortum habent: quas si quispiam exquisitè dignoscere studuerit singulas seorsum ac solas, iam non amplius difficulter earum mistiones inueniet.

* Χαρακτὴρ species quædam est febris, quam propria signa constituunt.

† Χαρακτῆρες.

In febribus quæ affectis locis vt inflammatis accidunt, distinguenda signa, quæ affectæ partes & causæ ædunt, quæq; febrium naturas insequuntur.

CAP. X.

EArum verò quæ ex locis inflammatis accidunt, iam forma omnino composita est. Quædã enim loci indicia pre se

ferunt, quædã autem eius causæ qua locũ offendit: veluti in morbo laterali, locus quidẽ patiens est mẽbrana quæ costis subtenditur: & cũ inflammata sit, necessariò dolorem inuehit, quoniã neruosa est: sed hunc pungentẽ, & longè extẽsum: quoniã pars illa quæ patitur, membrana est. Tales enim sunt sentientium membranarũ dolores. Tum etiam quoniam eadem pars vnum est ex spirandi instrumẽtis, necessariò animal difficilem habebit respirationem. Quoniam autem cordi proxima est, facilè aliquid * inflammationis ei impartiet (quòd si hoc est, febricitabit animal) sicuti quoniã pulmoni proxima est, facilè suum illi communicabit affectum: ex eo enim quòd rarum ac molle membrũ est, omnem substantiã humidam facilè potest admittere. Tussiet igitur statim homo, nõ tamen omnino statim spuet: sed si quidẽ multũ ac crassum ab inflammatione defluxerit, cũ tussi expuet: si verò paucum & tenue, irritabitur quidem necessariò, ita vt tussis moueatur, non tamen expuet antequàm collectum simul atq; cõcoctum ad multitudinẽ crassitudinemq; peruenerit. Sed hoc quidẽ ipsius dispositionis indiciũ est, non autẽ membri patientis. Nã quum pars sufficienter angusta fuerit, & veluti alli

* φλογώσεως.

Vnde aridæ tusses & pleuritides.

alligans in seipsa vniuersum fluxum cohibuerit, tũc facit morbos laterales, qui sicci nominantur. Sed cũ satis relaxata fuerit, atq; ad pulmonẽ dimiserit, tunc isti magis
5 tussiunt atq; expuunt: hoc igitur formam inflammationis, nõ autem patientem indicat locũ. Nũquid verò magis pituitosus sit vel biliosus humor is qui inflammationem facit, ex sputorum forma cognosces.
10 Nã & spumosa, & flaua, & ruffa, & rubra, & pallida, & nigra expuunt. Ex iis verò, quæ quidẽ spumosa sunt, fluxũ magis pituitosum ostẽdũt: flaua autẽ biliosum impermistũ: quæ verò ruffa sunt: amarã quidem
15 & ista referũt bilem, sed non paucam serosam superfluitatẽ cum bile commisceri significant, & multo ampliorem quando pallida quis expuerit. Sic & nigra, atræ bilis fluxũ ostendunt: sicuti quæ magis ru-
20 bida sunt, plurimũ quidem sanguinis, minimum autẽ amaræ bilis in eo qui inflammationem facit, humore cõtineri significant: atque ideo inter omnia sputa hæc sunt mitissima, sicuti nigra maximè exi-
25 tialia. Et quidẽ in hisce omnibus accidentibus magnitudines, dispositionis magnitudinem indicãt: breuem autẽ dispositionem indicant accidentiũ paruitates. Non igitur omniũ omnia indicia sunt, sed sin-

Distinctio vera pleuritidum è sputis.

gula vnum quoddã peculiare demonstrãt. Nam quæ & duorum vel trium rerum significationes esse vidẽtur, si ea diligenter perquisiueris, altero quidem suorum accidentium patientem locũ, altero verò dispositionẽ, altero ipsius magnitudinẽ, altero eorum aliquẽ casuum qui subsequuntur, significare reperies. Pulsus igitur laterali morbo laborãtium, hæc omnia indicat, sed non eodem modo omnia, sed qua quidem durã tentionẽ præ se fert, neruosum esse locum patientẽ ostendit, quà verò serræ similis est, inflammationis affectum: quà verò velox simul & frequens ac magnus, ad inflammationem cõsequi febrem: quà verò singula quæ diximus, maiora aut minora existunt, vel magnã esse vel paruã ostendit dispositionẽ. Mihi verò hæc exẽpli gratiâ dixisse sufficiat: neq; enim nunc de locis affectis agitur, sicuti neq; de febribus, vel typis, vel causis. Sed horum singulorum memini, simul viam quandam volens ostendere, qua sit in ipsis exercitãdum (quam si quis habeat, etsi nos proprium de iis quæ diximus, tractatũ nõ scripsissemus, posset per seipsum ex iis quę ab aliis scripta sunt, si modò perspicaci ingenio fuerit, & diligentiam adhibuerit, id quod superest, inuenire) simul autẽ & vtilita

Pulsus pleuriticorum.

lita

litatem singulorum quæ dicta sunt, ostendere volens, commemoraui & febriũ differentias, & typos, & dispositiones, & causas, ipsasq́; patientes, partes.

5 *Colligit differentias febrium, & in his exercitationis formulam ad præsagium crisis.*

CAP. XI.

NAm in his omnibus exercitatũ esse oportet qui debeat diligenter in pri-
10 mis nouisse diebus ægritudinis formam. Vel enim simplex est febris, vel composita, vel cum loco patiente, vel ephemera, vel hectica. Quòd si simplex fuerit omnino, humoris indicia affert, ex quo genita
15 est. Si verò composita, ex quot simplicibus febribus composita est, totidem numero humorum multitudinem indicabit: at si hoc indicet, illud etiam significabit, nunquid morbus diu durabit, an ci-
20 tò finietur. Nam si humor pituitosus extiterit, necessariò diuturnus erit: longè verò magis, si atræ bilis naturam afferet. At si ad flauam bilem pertinebit, non erit diuturnus. Sic & locus patiens, qui quidem
25 motu multo exercetur, calidusq́ue est, ac rarus, & principatum gerit, acutiorem morbum futurum portendit: qui verò neque in motu continuo est, frigidusq́ue ac densus, & sine principatu est, ad longius

gius

gius tempus extēdi debere significat. Eo-
dem modo & dispositio, si quidem diffici-
lem motū habuerit, frigidiorq; fuerit ac
densior, diu duraturū: si autem facilè mo-
ueatur, calidiorq; fuerit ac rarior, citò so- 5
lutum iri. Eodem modo & de causis iudi-
candū est. Quare si quis diligenter agno-
uerit totā morbi hypothesim, nō paruum
habebit ad prænoscendū momentum. Eas
igitur quæ cū magno & citò se inclinan- 10
te certamine fiunt morborum solutiones
(quas præcipuè crises nominari diceba-
mus) febrium earū quæ ex calidis humori-
bus accenduntur, proprias esse, est existi-
mandum, post has, earū quæcunq; mem- 15
brorum sunt principatū habentium facilè
mobiles & calidæ dispositiones. Epheme-
ræ verò & hecticæ febres, & sine magna
perturbatione, & minimè subitas faciunt
permutationes: sed quoniā & has per abu- 20
sionem aliquando crises appellant, de istis
etiā deinceps dicetur. Nūc verò finē impo
nere statuimus præsenti sermoni, ad vnū
omnia quæ antè diximus caput redigētes.

Hypothesis materia vel cōditio morbi est Crises propriæ.

25

Exerceri oportet, in tribus generibus febrium ex differentia materiæ, sic enim naturam febrium quæ affectis partibus incenduntur, facilè dignosces, & de ijsdem rectè præsagies.

CAP. XII.

SVbitas in morbis transinutationes si velis prænoscere, necessarium tibi primùm est principii & ascensus ac status & declinationis habere cognitionẽ & prænotionem. Hæc autem assequeris & ex ægritudinis forma, & regione, & anni tẽpore, vnà cum illis quæ his correspondẽt, ex circuituum etiam proportione, atque etiam ex mox apparentibus. Ex morbi quidem forma: ad has tres simplices & primas febres inspiciens, ad eam scilicet quæ ex pituita, & atra bile, & amara generatur. Primùm igitur in iis dignoscendis exercearis, quæ exquisitæ sunt, atque legitimæ: sic enim aliquando poteris etiam cõpositas inuenire. Tũc verò exquisitæ sunt atque legitimæ, quando & ætas, & anni tempus, & regio, ac constitutio, naturaq́;, atque ea quæ antecesſit ratio victus, præsentia quoq; accidentia, & omnia simpliciter quæ anteà dixi humoris formæ conuenerint. Manentibus igitur in venis humoribus, continuæ ex ipsis febres generãtur. Si verò moueantur, ac per totum corpus deferantur, hæ quæ cum rigore atque horrore incipiunt vehementi, cum sudore verò, omnino ad infebricitationem desinentes. Est autem ex ipsis tertiana quidẽ,

&

& quæ per * tertium accenditur, breuis temporis: sicut quartana, & quæ per quartum accenditur, longi: minùs verò, quàm hæc, longa quotidiana, & quæ singulis diebus facit accessionem. Si has noueris 5 expeditè discernere, haudquaquam difficulter eas quæ ex quorundam locorũ passione consistunt inuenies. Nã in omnibus inflammatis particulis humorum impactio, quæ locũ bene difflari prohibet, sta- 10 tim quidem humores putrefacit, simulq́ue calorem quendã prauum excitat, qualis & in reliquis omnibus putrescẽtibus oritur. Huius igitur caloris modus cùm simplex fuerit, earum alicui quas diximus febriũ 15 necessariò assimilatur, vel potiùs (si verũ dicere velimus) vna ex illis est, quæ vel ad amaram bilem, vel ad atram, vel ad pituitam attinet. Audiuisti autem Hippocratẽ quodam in loco dicentẽ, quòd hos vocat 20 acutos morbos, quorum febres * magna ex parte continuæ sunt. Quare si seorsum ac per se singulas febres nosse meditaberis, haudquaquam difficulter neque cùm pulmonis, aut splenis, aut hepatis, aut ven- 25 triculi aliqua inflammatio affuerit formam ipsius agnosces, totiusq; morbi vsq; ad solutionẽ, longitudinẽ præcognosces. Omnino enim fluxus qui inflammationẽ effi-

* Διὰ τρί-της, διὰ τετάρτης continuis accommodat, quæ 3. vel 4. die exacerbãtur.

Initio lib. de ratione vict. acut.

* ἐπίπαν, τὸ πι-[...], omni-[...]ti mor-[...] ὀξέας [...]σω τῷ

παχέις, vt idem ſint acuti & celeres, ſed alijs febris continua iuncta eſt, qui propriè acuti, alijs verò ſatis eſt. ſi totius morbi tēpora celeriter percurrant, qualis eſt angina, cholera apoplexia: ideoq; propriè acutis cōtinua febris omnino adeſt: acutis verò in genere magna ex parte, quia paucæ ſunt ſimiles ſibi.

efficit: vel flauæ bilis eſt, vel atræ, vel pituitæ. Si igitur impermiſtæ multæq; flauæ bilis fuerit, tunc facit eryſipelata, & eos qui herpetes nominãtur: ſicuti nigræ cancros & phagedænas, aut elephantes, aut aliquem ex his adeò incurabilibus morbum. Quæcunq; verò ingruente pituita in tumorem attolluntur, hæc œdemata nuncupantur. Simplex igitur & ſolus vniuſcuiuſque horum quos, diximus humorum, quamlibet harum quas cõmemorauimus, facit ægritudinem. Sanguinis verò permiſtus atque confuſus, deinde in particulam aliquam incumbens, quæ vel ſcirrhi vel œdematis naturam referunt, vel eryſipelatibus ſimiles facit inflammationes. Ac ſimiles quidem ſcirrho, ſiquidem melancholicus ſanguis eſt œdemati, id eſt laxo molliq; tumori, ſi phlegmaticus eryſipelati, qui multa bile amareſcit. Cũ verò ipſe ſecundũ naturã ſe habens ſanguis, impactus in loco fluxioni obnoxio putruerit, hic quidem affectus inflammatio eſt, ſimplex verò ex ipſa febris accenditur, ſimilis maximè ephemeris quæ ex inflãmationibus inguinũ accidunt: nã & ipſa inguinis in

Diſputat, nullam febrem eſſe ex ſang.

12. capi. 2. de differẽ. feb. idẽ sen tit Aphr. 1. prob. cõtra Gale. Aui. prima quarti.

inflammatio ex bono sanguine fit. Liquet autem quòd cùm hìc putrescere cœperit, non amplius bonus remanet, sed iam ad amaræ bilis naturam transit. Atque in hoc illud seruatur, triplex esse genus vniuersum simplicium febrium. Quæ enim ex sanguinis putredine fit, iam quodammodo biliosa est, sicuti in naturalibus sermonibus rectè ostensum est, quòd sanguis ex moderato calore generatur, flaua autem bilis ex maiore, atra verò ex sufficienter immodico. Quicquid igitur * pingue & tenue in sanguine est, fit flaua bilis: crassum verò, ac veluti fæx, quando immodicè calefactum exaruerit, atra. Flaua etiam bilis quandoque in atram conuertitur, cùm assata fuerit: duplex etenim eius generationis modus ostensus est. Omnes igitur quæ particula aliqua affecta febres accenduntur, vnum aliquem ex dictis vel simplicem vel compositum habebũt characterem: simplicem quidem, quando sufficienter præualuerit vnus humor aliquis: non simplicem verò, quando commisti alterius potentia apparuerit. Nonnunquam autem non solùm apparet, sed ex æquo dominatur: & nonunquam tres simul viribus æquales commiscentur. Sed sicuti qui scit & vinum, & mel, & aquam

* λιπαρὸν fortasse florulentum, & quasi innatans.

5 10 15 20 25

seo

ſeorſum exquiſitè diſcernere, neque horũ ignorabit temperaturam: eodem, vt arbitror, modo. neque qui facultatem habuit eas quas anteà diximus febres ſingulas exquiſitè noſcendi, earum miſtionem ignorabit. Quare in omnibus talibus principio illud optimum eſt, tres iſtas febres poſſe exquiſitè diſcernere, quotidianam, tertianam, & quartanam: ſimiles enim ipſis omnino ſunt cõtinuæ eiuſdem generis adiacentes. Nõ igitur ad plures atque obſcuras intentiones, ſed paucas & manifeſtas omnem tibi reddam exercitationem: in his enim exercitatus, haudquaquam difficulter in primis diebus formam ægritudinis perſpectam habebis.

Diſtinguit febrium diariarum formas ex proprijs ſignis & characteribus, vel ex communibus multis proprietatem ſingulis conſtituit.

CAP. XIII.

DVo quidem genera febrium quo pacto quiſpiã ab initio cognoſcat, expoſui. Dico autem duo genera febrium, & quod occaſione membrorum quorũdam patientium, & humorum tantummodo accenditur. Reliquum eſt, vt de tertio febrium dicamus genere, quas ephemeras appellari dicimus. Sunt autem hæ tantummodo ſpiritus paſsiones abſque humorum

putredine, aut membri inflãmatione, nisi inflammatis inguinibus accidant. Earum autem generationis sunt occasiones, vigiliæ, ac * cruditas, & tristitia, & timor, & ira, & curæ, deustioq́;, ac refrigeratio, lassitudo, & ebrietas, & quæcunque similia sunt. Quomodo igitur & has in primis diebus cognoscere oporteat, deinceps exponam. Communiter omnium pulsus * ad paruitatem & frequentiam promouetur, & nõnunquam ad magnitudinem exquisitè autem seruat eam quæ secundum naturam æqualitatem, atque mollitiem, & ordinẽ. Sic & vrinæ, nonnullæ quidem suspensiones, nonnullæ verò subsidentias bonas habent, quædam autem nebulas: omnes verò bene coloratæ sunt: sicuti & in omnibus calor vaporosus est, sed quibusdam statim quidem in primo contactu, quibusdã verò posterius. Atque omnibus ipsis absunt maligna accidentia, de quibus docuit Hippocrates in Prognosticis. Hæc igitur communia signa sunt omnium febrium ephemerarum: propria verò singulis quæ à me dicta sunt in primo libro artis curatiuæ ad Glauconem. Nunc verò inchoabo sermonem ab affectibus animę, à cura, à timore, & ira, & tristitia. Si quidem remanentibus adhuc animi affectibus, consideratio fiat,

** ἀπεψία*
Πρόφασις externum quoddam & accidẽtariũ causæ genus est, quæ quũ sit vt affectum corpus est, febrẽ consequi, & non consequi cõtingit.
** εἰς τάχος, præterea 1. de differ. febrium, εἰς μέγεθος καὶ τάχος.*
Ald. diarius animæ motus,

ex

ex pulsibus maximè tentandum est facere dignotionem: quemadmodum in libris de pulsibus scriptum est: pòst autem etiam ex aliis inuestigandum. Quòd si illi quidem
5 affectus sedati fuerint, dispositio verò remanserit, debile quidem & hic in pulsibus indiciũ inuenies illarũ quæ febrem excitarunt passionum: tibi autem etiam sine pulsibus reliqua omnia sufficient. Cõmunes
10 enim omnibus vrinæ russiores. Adest autẽ iis quidem qui ob tristitiã febricitãt, acritudo potiùs quàm multitudo caloris: sicuti iis qui ob iram, cõtrario modo. Sed & tenuitas corporis in iis qui curis aut tristitia
15 vexati sunt, manifestius apparet, & oculorum concauitas, & quædã insolita decoloratio. Et hæc quidem communia omnium etiam aliorum qui quocunque modo cogitatiõibus impliciti fuerint, indicia sunt:
20 sed præcipuè ex oculis discernendi sunt: licet enim ex his etiam in sanis animi affectũ conijcere. In ægris autẽ manifestiora signa sunt ei qui inspiciẽdi habeat facultatẽ. Sic quidẽ illos q propter disciplinas aut
25 propter meditationẽ aliqua cogitauerũt, ab iis quos tristitia corripuit, discernere oportet: eos autẽ qui nimiũ vigilarũt, distinguit decolorationis modus: nã subtumida ipsis facies inest, & oculorũ mot⁹ manifest

alias corpus inuebit.

Alij hoc modo, sed tenuitas corporis manifestior ijs qui tristitia tenentur, quàm qui vexãtur curis.

(vix enim attollunt palpebras) & humiditas oculorum: ſicciores enim contriſtatis ſunt, & cogitantibus. Concauitas verò cõmune omniũ accidens eſt, triſtitię, vigilię, curarũ, nõ tamen & iræ: huic enim neque oculorum concauitas, neque decoloratio manifeſta: & calor etiã amplior, & qui celeriter ex profundo efferatur: & pulſuum magnitudo non diminuitur, quemadmodum in vigiliis, triſtitiis, & cogitatiõibus. Quare iram quidẽ ab ipſis valde manifeſtè diſtingues: illa verò inuicẽ, quẽadmodum antea diximus. Eorũ qui ex laſsitudinibus febricitãt, cutis eſt ſiccior plus quàm in aliqua alia febriũ ephemerarũ. Sed hoc quidẽ omnibus qui ex laſsitudine febricitant, cõmune eſt in eo acceſsionis tẽpore, quod vſq; ad ſtatũ protẽditur: at eo tẽpore quod ſtatũ ſequitur, plurimis quidẽ quicunq; nõ ſupra modũ fatigati ſunt, humiditates quædã, vel vapor calidus ex profundo attollitur, quibuſdã verò etiã in iis quæ ſtatum ſubſequũtur tẽporibus, ſiccitas remanet. Fit verò hoc maximè iis qui ſupra modũ fatigati ſunt, vel deuſti, vel refrigerati vnà cum laſsitudine. Et pulſus etiã nõ eodem modo in vtriſque ſe habent: parui enim iis qui ſupra modũ ſunt fatigati, magni verò aliis ſunt. At quæ ex denſata cute

feb

febres oriuntur(denſatur autẽ vel frigefa
cta,aut qualitate acerba ſubitò ipſam inua
dente:veluti accidit iis qui aqua alumino-
ſa lauerãt)hæ ſolùm ex omnibus febribus
5 paſsio adſtricta ſunt.Licet autẽ ipſas ex ta-
ctu dignoſcere,ſicuti & aridas febres quæ
ex laſsitudine fiunt.Neq; enim vel harum
denſitas tactũ lateat exercitatũ.Sed & cali
ditatis motus in iis quodãmodo inauge-
10 ſcit.Nã in primo manus iniectu mitis ap-
paret,acrior tamen poſtmodum euadit, ſi
perduraueris.Sed neq; vrinæ ruffæ in tali-
bus,neq; corporis moles collapſa, neq; o-
culi cõcaui & ſicci apparẽt:ſed ſunt quibus
15 & humidiores & prominẽtiores quàm ſe-
cũdũ naturã eſſe vidẽtur:pulſus verò* nõ,
quemadmodum in triſtitia, & curis, & vi-
giliis, atq; immoderatis exercitiis, mino-
res.Earũ verò febrium ephemerarum quæ
20 ex inflãmationibus inguinũ accendũtur,
pulſus maximi ſunt, & veloces atque fre-
quentes,calorq́; plurimus,& à vigore ſta-
tim è profundo vapor attollitur calidus
quidẽ,ſed ſuauis.nã acre & mordax mini-
25 mè omniũ his febribus adeſt:& rubida fa-
cies magna ex parte ipſis ineſt, & maiore
tumore, & vrinæ ſubalbæ. Cõmunis verò
omnibus diariis ineſt æqualitas pulſuum.
Nam ex ipſis paucæ admodum eã quæ ſe-

*οἱ δὲ σφυγμοὶ μικρότεροι, καθάπερ, &c. *ſed Leoniceno fauet, qđ 1. ad Glauco. et apud Aëtii. hoc modo, non &c. legitur.*

cundum vnam percuſsionē eſt, inæqualitā
tem oſtēdunt: ſed neq; hæ valde manifeſtè
neq; liquidò. A' me dicta ſunt hæc febriū
ephemerarum indicia. De hecticis autē nō
eſt præſentis temporis ſermo: nulla enim
earū in primis diebus, ſed in progreſſu tē-
poris fit, quare de his quidē in ſequētibus
diſſeremus: hîc verò libro finem faciemus.

LIBRI SECVNDI
FINIS.

CLAVDII GA-
LENI DE CRI-
SIBVS,
LIBER TERTIVS.

Ambiguum nomen κρισεως *explicatur.*

CAP. I.

Ropoſitum noſtrum eſt, ſi-
cuti & prius dicebatur, om-
nis in morbo mutatiōis, præ
ſentis quidē cognitiones, fu-
turæ verò præcognitiōes di-
cere: quia verò ſex modis iſtæ fiunt, tentā-
dum eſt de ſingulis ſeparatim ſcribere, hac
prius facta memoratione, quòd ſex ſunt in
morbis mutationū differentiæ: vel enim
ſubitò ad ſanitatē veniūt, vel ſubitò inte-

rimunt, vel paulatim horũ vtrunq; cõtingit, vel miſtim. Paulatim quidem, vel ſcilicet morbo decreſcente, vel ægri viribus debilitatis: miſtim verò, quãdo ſubita aliqua ad melius vel peius commutatio facta fuerit, deinceps verò vſq; ad omnimodam ſolutionem vel mortem reliquum tempus paulatim & languidè exceſſerit. De prima igitur quæ repentè fit ad valetudinẽ permutatione dicamus, quoniã omniũ quas anteà diximus, optima eſt: atq; ideo ipſam per excellentiam criſim nominamus, quoniam natura quæ præter naturã ſunt omnino ſuperante perficitur. Ex aliis autem permutationibus, quæ quidem in ſubitam mortẽ deſinit, mala criſis eſt: quæ verò aliquam effatu dignã faciũt mutationẽ, non tamẽ integrã ſolutionẽ, imperfectæ criſes vocãtur, ſicuti & quæ ſenſim langueſcente vel virtute vel morbo cõtingunt: quæ ſolutiones ſimpliciter, non criſes nominantur.

Solutiones non criſes.

Deſcribit criſim propriè appellatam, & perturbationem explicat, quam criticam appellant, ex accidentibus quæ præcedunt criſim.

CAP. II.

SOla igitur ſubita ad ſanitatem conuerſio, ſimpliciter criſis nominatur. Et quidem omnino fit ſubitis quibuſdam excretionibus, aut effatu dignis abſceſsibus,

Quæcunque enim aliter quieuerint, maligniùs redeunt. Antecedit autẽ huiusmodi excretiões & abscessus nõ mediocris perturbatio in corpore ægrotãtis. Nã & * anxietates, & vigiliæ, & dementiæ, & graues 5 somni, & difficiles anhelitus, & hallucinationes, vertigines, & difficiles sensus, dolores capitis, colli, & stomachi, & multorum aliorũ membrorum: nonnullis verò auriũ sonitus, & vanæ ante oculos apparẽt ima- 10 gines, & lacrymæ inuoluntariæ, effluunt, & vrina retinetur, & labrum inferius agitatur, aut aliquid tremulũ fit: obliuio, * & præsentium ignorantia, & vehemens accidit rigor, & plurimum accesio cõsuetam 15 anticipat horam, & multus ęstus sitisq; intolerabilis sequitur: clamãt & saliũt sicuti furentes, neq; possunt in eodem situ recũbere: deinde repentè multus sudor erũpit, aut vomitus aliquis nõ paucus insequitur, 20 aut venter subitò soluitur, aut abundãs fit fluxus sanguinis, aut hæc omnia simul cõtingunt, vnde nõ paruus inuadit timor inspiciẽtes. Et quispiam homo vulgaris cùm istis adesset, ipsa re cogente, ita pronũcia- 25 uit, ꝙ iudicium tũc de vita ægrotãtis ageretur. Neq; enim medicorum aliquis primus inuenit id nomen: sed omnino necessarium fuit, vt qui pręsens medico adesset,

** Δυσφορία iacta tio, & incontinẽtia corporis.*

Vnde in Aph. scriptum quibus crisis sit, his nox grauis ante accesio nem, &c.

** Nec iam familiares agnoscit æger.*

con

conturbaretur, atque ideo exclamaret, & crisim, id est iudicium rem ipsam nominaret. Decet autē medicum generosum neq; turbari, neque futurū euentum ignorare:
5 melius autem fuerit, si se ad prænoscendā futuram crisim exercuerit: neq; enim ista cognitio quæ habetur de præsentis crisis euentu, multum distat à præcognitione eiusdem futuræ, sed ex eadem contempla-
10 tione vtraque perficitur.

Quibus indicijs tempus crisis & quantitas coniicienda sint, & quibus excretionibus singuli morbi & partes tenentur magis.

CAP. III.

15 ETiam hæc omnia dicta sunt, partim quidem in primo libro de diebus iudicatoriis, partim in duobus libris qui istū antecedunt: dicam verò & nunc omnia summatim, quæ & præsentem crisim quò
20 euasura sit ostendunt, & futuram præmōstrant. Primum quidem & maximum inter omnia est cōsiderare coctiones ex vrinis, & excrementis, & sputis. Siquidem ego millies cùm dum crises fierēt interessem,
25 neminem vnquam vidi intereuntem qui præcedētibus coctionibus crisim habuisset. Non tamen æqua omnium signorum dignitas existimanda est, sed in morbis quidem thoracis atque pulmonis precipuè

Coctio maxima vim habet ad salutarem crisim.

Coctio quando in vrinis quãdo in spu- tis vel de- iectioni- bus præci- puè spe- ctanda.

sputa sunt animaduertenda:nõ tamen vri- narum contemplatio negligenda: sed & excrementa sunt inspicienda. Si verò tan- tùm febricitent sine alicuius visceris pas- sione,aut inflãmatione hepatis, vel renũ, 5 vel vesicæ,vel splenis,maximè vrinis ani- mum oportet adhibere:sicuti si circa ven- triculum passio sit, primùm excrementis alui:deinde neq; vrinæ sunt negligendæ. Semper enim quum febris affuerit vel ex 10 sola humorum putredine accensa, vel ex mẽbro inflammationem patiente, præci- puè vrinas inspiciẽdas censeo,atq; inde co ctiones agnoscendas,sicuti & prius defini- uimus.Primũ quidẽ & maximum instantis 15 bonæ crisis indiciũ sunt coctiones.Secun- dum autẽ,quod ab aliqua diei indicatoria antea indicetur,cui annexa est diei iudicã- tis potentia. Deinceps autem inspicere o- portet & speciẽ morbi & morem: speciem 20 quidem, si tertiana vel quotidiana, vel fe- bris ardens,vel pleuritis,vel peripneumo- nia:morẽ aũt,si moderatus & mitis,vel pra uus atq; malignus:deinde si formæ mor- bi excretio respõdeat,si enim febris sit in- 25 cendens,vel sanguis è naribus profluet,vel post vehementẽ rigorem sudor multus & calidus per totũ corpus emanabit, aut per vomitum aut per aluum aliquid biliosum

ex

excernetur. Ita & tertiana vomitibus & excrementis biliosis & sudoribus toto corpore fluentibus finiri debet. Plurimũ autẽ pituitæ in quotidianis febribus excernitur,
5 & multi in toto corpore sudores fiunt. Finit autẽ & phrenitide sudor bonus multus & præcipuè si ex capite multus & calidus fluxerit, sudãte simul reliquo corpore. Cõtingit autẽ aliquãdo quòd etiã per sangui
10 nem è naribus fluentẽ phrenitis certò finitur. Non tamẽ lethargus aut peripneumonia fluxum sanguinis amant. Inter ipsas autem pleuritis medium obtinet locũ, minus enim quàm febris incendens & phrenitis,
15 magis autem quàm peripneumonia atq; lethargus, profluuio sanguinis soluitur. Soluit autẽ lienis & hepatis inflammationes sanguis è naribus profluẽs, cùm hęc viscera vnà cum acutis febribus habẽt inflam-
20 mationes. Et omnes quę sub præcordiis fiũt calidæ atque acutæ inflammationes, fluxu sanguinis finiuntur. Oportet autẽ per directum fluere sanguinẽ, ex dextra quidem nare hepate patiente, vel locis sub dextris
25 præcordiis positis: ex sinistra autẽ liene, & locis vicinis. Iuuat autẽ & sudor bonus omnes quæ sunt in præcordiis inflãmationes calidas & acutas. Hepatis verò conuexæ quidẽ partes patientes tribus præcipuè

Qui morbi soluantur hæmorrhagia.

Ad hæc lege quæ distinguit Ga. in priore the. de musculis epigastrij inflammatis, et in de hæmorrhagia commen. 3.

modis crisis obediunt, fluxibus sanguinis è nare dextra, & sudoribus bonis & vrinis abūdātibus. Cauæ autē partes excremētis biliosis, atq; sudoribus, nōnunquā verò & vomitibus. Magis autē expetūt per vrinas 5 expurgari, quàm cōuexæ hepatis partes, omnia ea quæ vel in partibus renū vel vesicę laborāt: sicuti loca quæ ad thoracē pertinēt, & pulmonē, sputis. Sudores verò omnibus febribus proprii sunt: & pręcipuè in- 10 cendentibus. Iuuant autem non parum & efferuentes inflāmationes, quādo, sicuti & anteà diximus, vnà cū coctionibus emanauerint. Finiunt autē & quotidianas febres simul vomitibus atq; excremētis pituitosis 15 adiūctis. Et quartanas etiā, si atra simul ac varia cū illis excernūtur: semitertianas verò, si biliosa simul & pituitosa. Finiunt autē parotides, lethargos, & reliquos omnes capitis affectus. Aliique decubitus, om- 20 nes febres diuturna securè finire consueuerunt. Sed nondū de diuturnis morbis dicere proposuimus: nā repentinæ mutationes acutorū sunt: quarum optimam, qualis sit nūc, enarramus: quòd videlicet omnino si- 25 ne coctione non est, & quòd in aliquo die iudicatorio fit, ac præterea ab aliquo indicatorio indicatur: & etiā *crisis motū facit morbo cōueniētē. Præter hæc autē hortor

*κρίσεως, melius tamen in alijs ἐκκρίσεως, vt cōuertas atque excretionis genus, quod morbo cōueniat.

hoc

hoc loco, vt egrotantis ætatem, atq; naturam, necnõ antecedẽtem victum, locumque in quo ægrotat, & anni tempus atque præsentem temporis statum consideres. Si
5 enim quemadmodum morbus fortè est biliosus, hæc etiam singula ęquè biliosa sint, oportet bilẽ in crisibus expurgari: sicut si pituita superabundauerit, pituitam oportet euacuari, variis autem humoribus su-
10 perantibus, variam etiam oportet esse euacuationem. Quum verò hæc vniuersa bene tibi fuerint explorata, tunc euentus iam tibi sunt considerandi. Si enim ægrotante crisim passo febris soluatur, atque aliis
15 accidentibus liberetur, & melius fuerit coloratus, pro ratione euacuationis, cum melioribus pulsibus, & ad surgendum robustior, hæc optima crisis est. Si verò ex his aliquid desit, tantum ab optima defi-
20 cit, quanta est eius quod deficit vis.

Futuræ crisis prænotio ex morbi specie, magnitudine, more, motu, & alijs. CAP. IIII.

SIc quidẽ dignoscere oportet optimam
25 crisim præsentem: futuram verò, hoc modo. Morbi natura consideranda est, an ad amaram bilem pertineat, vel atram, aut pituitã, vel mistas habeat significationes. Scripta autem sunt in libro præcedẽte ho-

rum indicia. Post hoc autem, tempus anni, & laborantis ætas, & temperatura, & quæcunq; alia eiusdem sunt *contemplationis, de quibus paulò antè sermonẽ habuimus: vnde facta de vno mẽtione, reliquorũ etiã si vel silentio prætermittantur, meminisse oportet. Nam longũ esset omnia percurrere. Post hæc autẽ accessionum circuitus sunt cõsiderandi, si vel per tertium, vel per quartum, vel per singulos dies eueniãt: vel nullo modo eueniãt, sicuti in iis accidit febribus quæ propriè synochæ nominantur. Si enim properauerint, ac semper ex cõsueta ratione anticipauerint horã, & multo vehemẽtius infestauerint, & per tertium occursauerint, citò crisim subsecuturã denunciant. Si verò lentè moueãtur, atq; eadẽ inuaserint hora, & singulis diebus fiãt, post longius tẽpus crisim futuram denunciant. Adhæc quod præcipuum est, coctiones inspicere deinceps, & in his insignes mutationes, animaduertere oportet. Si enim in diebus indicatoriis fiant, indicia sunt quòd sequentes iudicatorii dies ægro tũ morbo liberabunt. Sũmatim enim, vt in præcedentibus sermonibus diximus, vniuersa morbi *cõstitutio per quatuor dicta genera manifestatur, de quibus diximus Hippoc. in Aphorismis disseruisse in hunc

mod

*συςοιχίας ordinis eorum quæ συνενδεικνύμενα vocabamus, Lege Aph. 30. li. 4. firmata enim causa mali & natura vel nihil vel frustra moliẽte pigraq; materia eadem seruatur hora accessionum.

*Constitutio id est forma to-

» modum: Accesſiones autẽ & cõſtitutiones
» oſtendunt morbi, & anni tempora, & cir-
» cuituum ad inuicem incrementa, ſi quoti-
» die, ſiue alternis diebus, ſiue longiore tem-
5 pore fiãt: deinceps ita inquit: Sed & in poſt
» apparentibus, veluti in morbo laterali ſpu
» tum ſi ſtatim ſuperueniat, incipientẽ qui-
» dem breuiorem facit: ſi verò mox appa-
» ruerit, longiorem. Atque de epiphænome-
10 nis plurima diximus libro primo, quę qui-
dem coctionem morbi indicant, & quo-
modo differãt ab iis quæ ſigna critica vo-
cantur & accidẽtibus, explanauimus. Si igi
tur ea memoria retines, ſpero te facilius
15 præcognoſcendæ ac dignoſcendæ optimę
criſis facultatẽ ex hoc ſermone adepturũ.
Reliquæ enim cõiectura quadã artificioſa
cognoſcũtur. Optimã verò criſim, quã etiã
ſolam criſim vocari diximus, nõ per cõie-
20 cturam, ſed firma cognitione cõprehẽdes.
Omnia enim ſigna in talibus morbis ſta-
tim ab initio ſecura videntur. Cùm igitur
talia integrè fuerint, in primo quaterna-
rio criſim futuram denunciant: ſicuti Hip
25 pocrates in Prognoſtico hiſce verbis oſtẽ-
» dit: Mitiſsimæ enim febres quæ ſecuriſsi-
» mis ſignis fiunt, quarto die finiuntur, vel
» prius. Neq; enim cõtingit febrẽ omnia ſi-
gna ſecuriſsima habentẽ, neq; illã in qua

tius morbi extãtis talibusq; morbi partibus conſtituta.

12. aph. 1. Cap. 5. lib. 1.

Optima criſis firma cognitione reliquæ criſes tãtum coniectura capiuntur.

Qui optimam criſim habituri ſunt. Initio. 3.

ſunt

ſunt omnia maximè perniciosa, alteram quidē nō liberare, alterā autem non occidere in primo quaternario ægrotantē: veluti ſi hæc quidem parū ab extremè perniciosis diſceſſerit, illa verò à maximè ſalu- 5 bribus: huiuſmodi febres ſeptimū diem nō contingit tranſcendere. Si verò criſis vehemens & cum conflictatione futura ſit, aut potius moderata, vel ſi neq; criſis omnino, ſed ſolutio ſimpliciter, non amplius 10 ex perniciosis ſignis & ſalutaribus, ſed potius ex aliis præcognoſcitur. Duo autem ſunt & horū genera, magnitudo, & morbi motus. In quibus primis ac præcipuis ſtatim diligenter oportet exerceri, vt ipſa no 15 ſcamus, & facilè à more ac morbi ſpecie diſtinguere valeamus. Sed ſpeciē ipſam quo quidem pacto dignoſcamus, in ſecūdo volumine diximus. Nam tertiana & quotidiana & quartana & ſemitertiana, & pleu- 20 ritis & peripneumonia phrenitis ſunt ſpecies morbi. Si verò benignus, aut malignus ſit morbus, ex ſubſequētibus ipſum accidētibus noſcitur: quæ omnia ferè Hippocrates in Prognoſticis enumerauit. In his autē 25 annumerare oportet coctionis & cruditatis ſigna. Magnitudo verò, & morbi motus ab his diuerſa ſunt. Debiles quidē & par uę febres quandoque valde malignæ ſunt, & aliæ.

Duo, ex quibus ſolutionis modum intelligamus.

Magnitudo & mos diuerſa.

aliæ calidæ atq; incendentes, vt nonnunquã inde faſtidio langueat ſtomachus, exęſtuet, & intolerabili ſiti crucietur: nihil tamen habẽt nõnunquã periculoſum. Dictũ
5 autẽ & prius eſt quòd ſiue vehemẽtiã, ſiue magnitudinẽ morbi quiſpiam vellet nominare, nihil differt. Ab hiſce verò omnibus differt motus: & ex parte partiũ acceſsionis comprehenditur. Cùm enim vnaquæq; ac-
10 ceſsio quatuor habeat partes, principium, augmentũ, ſtatũ, & declinationem, vel has omnes breui tẽpore acceſsio percurrit, vel tardo: vel nonnullas quidẽ citius, nonnullas verò ſeri⁹. Si omnes igitur celeriter per-
15 agat, manifeſtum inde fit, quòd ad criſim properat. Et omnino huiuſcemodi febris eſt numero intermittentium: neque enim cõtingit vt illa quæ omnes celeriter peragat amplius cõtinua permaneat ſicuti neq;
20 vt quę in omnibus partibus prolixitatẽ ſeruat ſit intermittens. Liquet autẽ quòd eam quidem quæ ad quietẽ febris deſinit, voco intermittentẽ. Cõtinuę verò febris omnino pars vna aliqua producatur, aut duę vel
25 omnes lõgæ ſint. Febris enim quę propriè ſynochus nominatur, lõgus eſt ſtatus: magis autẽ tota hæc febris ſtatus eſt. Eius verò quæ non eſt ſynochus, nõ tamen deſinit ad quietem febris, cùm ſtatus aliis tẽpori-

bus longior existit, motus est velox: quòd si breuior, tardus est motus. Quũ igitur morbi species & magnitudo & motus & mos fuerint distincti, & species quidem ex propriis accidẽtibus cognita, magnitudo autẽ ex eorundẽ vehemẽtia, motus verò ex longitudine partium accessionis, mos autẽ ex accidentibus, superuenientibus, his quoq; adiuncta cõsideratione temporis anni, & naturæ & regionis, & similiũ, nunquid morietur æger aut saluabitur: adhęc tria respiciẽs inuenies, ad speciem, & morem & magnitudinem, sed maximè morẽ inspicere oportet. Vtrũ verò per crisim terminabitur morbus, aut nõ primùm quidem ex motu ac magnitudine inspicies, deinceps autem ex specie ipsius, deinde ex anni tẽpore, & ex aliis quę eiusdẽ sunt ordinis, & ex superueniẽtibus quidem accidentibus, non omnibus, sed iis quæ paulò antè memoraui, quæ vel vnà cũ crisi ab initio inuadũt, vel paululũ anticipãt: quæ ipsa critica propriè nominauimus. Nã cùm superueniẽtia accidentia trifariã diuidãtur, in ea scilicet quæ morẽ morbi natura ostẽdere apta sunt, & in ea quæ ad futurã proximè crisim denũciãt, ad hæc quæ nõ solùm signa, sed etiã causas crisis posuimus: primũ quidẽ ex his *simplex est genus: (nam quædã ipsorum

pra

Vtilis epilogus.

Salutis & mortis cõiectura è tribus, specie, magnitudine mo re, sed è more præcipuè.

Critica signa propria propter causas.

Diuidit epiphæno mena.

**Simplex ἁπλõῦ, quia idem perpetuò facere et ostẽ*

5 10 15 20 25

praua, quædam verò optima omnino existunt) secundum verò & tertium non semper idem neque facere, neque ostendere aptum est, sed secundum morbi tempora
5 variatur. Diximus autẽ de omnibus his in primo libro. Doctrinæ igitur manifestioris gratia ducatur ad exẽpla aliquis ægrotus qui primo die habeat signa manifestissima salutis. Huic enim omnino in primo
10 quaternario finietur morbus: vtrum verò per solutionem vel crisim, magnitudine & paruitate distinguitur. Siquidem magna, iudicantur omnino: quæ autem parua, soluuntur solùm: sed dies crisis ex motu inue-
15 nietur. Nã si febris synochus fuerit, ac nullus error acciderit (nam semper huiuscemodi oportet meminisse) in quarto die sperandum est crisim futuram. Si verò *continua fuerit, magnitudinem ac motum in-
20 spicere oportet. Contingit enim in tertio vel quinto die crisim fieri. In tertio quidẽ, si morbus sit magnus: ac motum velocem habeat in quinto autem, si neque valde magnus sit, neque velociter moueatur. Opor-
25 tet enim crisim in idem tempus incidere cum accessione. Et ita rarò accidit, vt in quarto die fiat crisis: vt videatur bis tantùm Archigenes in toto tempore vitæ suæ id obseruasse: ego verò ad hanc ho-

dere natũ est.

Exẽplũ fingit quod solet, vt clarius doceat.

**συνεχὴς. i. enim epid. scripsit. Hipp. ijsdem diebus morbi accedũt et iudicãtur quæ paribus inuadunt, iudicantur paribus: imparibus verò qui imparibus exacerbantur.*

ram ſemel ſolum. Et cauſa eſt quemadmodũ diximus in libris de diebus iudicatoriis vt criſis ſæpius ex quarto die ad tertium & ad quintũ tranſmutetur. Nam morbus qui tã ſubitò criſim habet, omnino peracutus 5 eſt. In omnibus autẽ morbis peracutis neceſſarium eſt febres vel ſynochos eſſe, vel cõtinuas quidẽ, ſed quæ per tertiũ exacerbantur. Synochi quidem rarò eueniunt: & vbi nullus ſit error, in quarto finiuntur per 10 criſim, natura propriis circuitibus ad criſim perueniente. Rarum verò etiam eſt, vt nullus ſit error. Continuæ autẽ febres quę in acceſsionibus criſim habent, tertio die vel quinto meritò finiuntur. Nam ſi quan 15 doq; etiam quarto iudicentur: ratione eius acceſsionis quæ tertio die fit, id patiuntur. Quæ enim circa horam vndecimã, gratiâ exempli, diei tertii, acceſsio inuadit, vel ter tia nocte, vel quarto die inuehit criſim. Cũ 20 igitur primo die (rurſus enim eadem repetenda) ſignum aliquod coctionis manifeſtũ apparuerit, reliquis etiam omnibus periculũ nullũ portẽdentibus: tũc proculdubio ſciemus quòd in primo quaternario 25 morbi ſolutionẽ ſubſequi ſit neceſſariũ. Quòd ſi etiã eius magnitudo inſpecta ſit, vlteriorem habebis notitiam quòd cũ criſi finietur. Ex morbi autem motu te ſperare

opor

oportet, quòd crisis vel tertio die fiet, vel quarto, vel quinto. Si quidem celer sit motus, tertio: Si verò quodammodo tardior, in quinto: Si verò febris fuerit synochus,
5 in quarto. Adiuuat motus celeritatē morbi magnitudo, & anni tempus, & regio, & ætas, & quæcunq; alia sæpe dicta sunt naturæ amaræ bilis conuenire. Tarditati autem motus, insunt contraria. Aestate enim
10 adolescens natura calidior post inediā & labores, & cibos & potus biliosos, tertiana crisi occupabitur, & præsertim si is qui antecesserit temporis status, admodū siccus extiterit, & præsens etiam: & locus in quo
15 ægrotat, fuerit natura calidior. Si verò & tertianæ crises tunc abundauerint, adhuc certior est cōiectura. Quòd si omnia contraria cōuenerint, et motus morbi tardior, neq; magnitudo valde effatu digna, & tē-
20 pus anni fuerit hybernum, æger autē vel natura pituitosior, vel iam declinātis ætatis, sperādū est crisim ad quinti diei accessionē peruenturā. Adhuc autē magis si locus natura frigidior atq; humidior extite-
25 rit, & præsens tēporis status consimilis, & quintanæ crises abundauerint, & reliqua his proportionabilia, veluti otium, repletio, & esus ciborū pituitosorū à plurimo tēpore. Rursus igitur alius ægrotus subii-

Hypothesis.

Alia hypothesis.

ciatur, q nullũ habeat ſignũ coctionis manifeſtũ, neq; in primo die, neq; in ſecũdo, neq; tamẽ pernicioſum, ſed omnino omnia ſint citra periculũ, ſaluabitur quidẽ & hic, ſed in primo quaternario non liberabitur integrè. Oportet igitur mentem diligenter adhibere nunquid aliquod ſignum manifeſtum coctionis oſtẽdat. Nam ſi hoc fiat, neceſſe eſt vt in ſeptimo die æger liberetur, modò interim nullus error admittatur. Si verò per criſim vel ſine criſi ſalus ſit ſequutura, hoc ex morbi magnitudine noſcitur. Liquet enim quòd ſi magnus fuerit omnino per criſim morbus finietur. Quòd ſi etiã motus velocitas adiũgatur, multo magis id fiet. Quòd ſi aliquis error, non magnus tamẽ, circa ægrotantẽ factus fuerit, ſperãdũ eſt criſim in ſeptimo euenturam. Quòd ſi non multũ velociter moueatur, aliquis verò error circa hominẽ interim fiat, ad nonum diẽ criſis transferri debet. Rurſus itaque ſupponamus aliquẽ ſalubri morbo laborare, qui die *quinta aliquod coctionis ſignũ primùm habeat manifeſtum: hic, ſi morbus magnus extiterit, & celeriter moueatur, vndecimo potius quàm decimoquarto die criſim patietur. Quòd ſi minor fuerit, neq; celerẽ motum habuerit, decimoquarto magis quàm vndecimo. Simul verò

ἐπιδείξει postea oſtẽdat, proximis ſcilicet diebus à primo & ſecũdo, vt tertio & quarto.

Alia hypotheſis.

** al. ἐπὶ τῆς ἑβδόμης ſeptima melius quia hîc ferè magna mutatio fit et inde criſis oſtenditur in 11. aut 14.*

(Margin line numbers: 5, 10, 15, 20, 25)

verò cũ aliis eſt diſtinguendum, ſi & iuuenis fuerit, & natura bilioſus, & tempus æſtiuum, & in loco calido ægrotauerit, & prior victus, & quæcunq; præſenti attinẽt
5 ſtatui, ad calorem declinauerint, omnino iſte die vndecimo criſim habebit: quemadmodũ ſi omnia contraria iis quæ dicta ſunt, affuerint ægrotanti, in quartodecimo. Quòd ſi nõnulla quidẽ affuerint, nõ-
10 nulla verò non, atq; interim aliquis error inciderit, fieri nõ poteſt vt criſis die vndecimo ſubſequatur: ſæpiùs verò nec die decimo quarto, quando magis fuerit erratũ. Sed ſi nullus error acciderit, miſta verò
15 fuerint accidẽtia, hîc opus erit medico exercitato ac perſpicaci, vt ea quæ vim maiorẽ habẽt ſigna diſtinguat, & illi quæ ab ipſis oſtẽditur criſi, fidẽ adhibeat certiorẽ in hiſce adeò ambiguis precognitionibus.
20 Si autem neq; in ipſo ſeptimo die, in aliis certè inter ſeptimũ & vndecimũ id quod futurum eſt exquiſitè diſcere licet. Nam ſi magnitudo vel velocitas motus morbi in eiſdẽ diebus intẽdatur, ac coctionis ſignis
25 effatu digna *acceſsio facta fuerit, huiuſmodi ægrotus die vndecimo criſim patietur: ſicuti ſi contrà ſe habuerint, in quarto decimo. Subiiciatur rurſus ægrotus qui in morbo vacante periculo in primis diebus

*Προσθήκη. *Alia hypothesis.*

tardiorem febris motum habeat, quiq́; nõ ita ardẽter febriat, verũtamẽ adſint cruditatis ſigna, quòd quidẽ intra quartũdecimũ diẽ hic non liberabitur morbo, iam manifeſtum eſt: ſi verò in illa ipſa* die, vel 5 poſtea: ex morbi tẽporibus diſtinguẽdum eſt. Nam principii quidẽ ſigna ſi diu permanſerint, diuturnum fore morbũ ſignificãt. Augmẽti verò ſi in quarta vel ſeptima die apparuerint, ſperandum eſt aliquid in 10 quartodecimo: ſed in vndecimo determinabitur. Nã ſi hæc tria in eo die cõiuncta fuerint, & motus velocitas quæ ſufficiens ſumpſerit incremẽtũ, & febris magnitudo ac præterea manifeſtũ coctionis indiciũ, 15 fiet criſis in quartadecima: adhuc autẽ magis ſi & anni tẽpus, & ætas, & ægrotantis natura, & quæcunq; alia his ſunt proportionalia, ad criſis celeritatẽ contulerint. Si verò ſolũ manifeſtũ coctionis ſignum die 20 vndecima appareat, neq; tamẽ morbi magnitudo, aut motus velocitas feſtinauerint, tũc vltra diem decimumquartũ criſis differetur. Sed ſi quidẽ anni tẽpus, & ætas ægrotantis, & quæcunq; alia his ſunt pro- 25 portionabilia, ad frigidius declinauerint, fortè ſperandũ eſt morbi ſolutionẽ in vigeſimo die ſecuturã. Quòd ſi miſta ſigna affuerint, & dies decimuſquartus coctionẽ

*id eſt, 14.

in

insigniter auxerit, de die decimoseptimo crisis occurret. Si verò neq; die quartodecimo aliquid nouatū fuerit, quod sit valde exquisitum, tunc ad septimumdecimū
5 diem est respiciendum. Si enim in eo aliquod signum apparuerit, id fidissimum erit, quāuis valde exiguum fuerit: vigesimoq; die crisim præmonstrabit.

Omnino medicū oportet exerceri in præcogni-
10 *tione status, qui & rationem vitæ instituat, & prænunciet, an crisis futura sit, quādo, & qualis.*

CAP. V.

QVòd verò hæ crises vniuersæ quas numeraui, omnium optimæ sint,
15 hoc est, securæ atque perfectæ & coctæ, non ampliùs egebit demonstratione, si quis ea quæ ab initio dicta sunt, fuerit cōsequutus. Quum enim post signa optima atq; exquisitam coctionem factæ fuerint,
20 necesse est vt optimæ sint: quoniam & sola coctio crisis celeritatem, & salubrē securitatem ostendit. Neq; enim vel animo concipi potest, quòd post morbi exquisitā coctionem crisis non bona sequatur. Ex-
25 quisita verò coctio fit tempore status. Atque idcirco ab initio ipso vos admonuimus, nulli alteri exercitationi tam esse intendendum, quàm ad morbi statū prænoscendum. Nam si forma victus ad illū

Exquisita coctio tempore status.

Præcognitio status maximè necessaria.

instituatur,& crisis optima in illo sit, atq; omnium crisium ipsa est regula. Quòd si quæ crisis statui propinquior est, ea quæ distat magis, est melior, in nulla re adeò exercendus est medicus, quantũ in status 5 præcognitione. Esto igitur vt in die quartodecimo spes sit fore statũ, & aut ob morbi magnitudinẽ, vel eiusdem velocitatem, vel propter aliquod aliud extrinsecũ irritamentum crisis die vndecimo anticipet: 10 neq; ipsam perfectã, neq; omnino bonam quimus sperare: sed hoc tempore omnino timendum est, præsertim si neq; in totum morbus periculo vacat. Quòd si salubris apparuerit, verendum est ne crisis vel cum 15 grauibus fiat accidentibus, vel non perfecta, vel omnino reuertatur: adeò magnam habent vim coctiones, ac propterea etiam morbi status. Et quidẽ si morbi in hoc tẽpore crisim nõ habuere, fieri nõ potest vt 20 in declinatione habeant. Quæcunq; enim status tempus semel præterierint, hæc sine crisi perseuerant, & paulatim soluuntur. Et nullum est mortis periculũ tẽpore status elapso, quantũ iudicio assequi possum. 25 Et tamen quidã sunt, qui putant se vidisse multos ęgrotos in declinationibus periisse. Sed si experientiæ vel rationi credere oportet, noui ipsos alia ratione quàm morbi

Omnis anticipãs crisis mala est, temerario enim naturæ motu fit, & minus vrgẽte morbo, antequàm coctionis perfectæ signa se proferant.

bi

bi interiisse. Omnes siquidē erroribus interiere, præcipuè quidē suis ipsorum: sed & aliquando medicorū. Sic quidē experiētia testatur, neminē vnquam vi morbi in declinationibus periisse: sed adhuc magis ratio. Neq; enim posibile est, vt postquam causæ morbosæ iā coctæ sunt, ac iam natura superauerit, æger moriatur, modò recta curatio à medicis adhibeat᷑. Vbi enim natura superior euasit, & debellauit, & restitit vehementiori morbi conatui, & quæ infestabāt oppresit, hoc enim est ipsa coctio, fieri non potest vt deinceps succūbat. Quòd si à morbo natura nō vincatur, mortē subsequi nullo modo cōtingit. Siquidē nihil aliud mors est, nisi omnimoda naturę prostratio. Vbi verò ipsa perdurat, dominatur ac vincit, hominē necesse est liberari. Ex omnibus igitur nos ratio cogit, in id maximè esse incumbendū, vt eā morbi partē prænoscamus, quam statum vocant. Nam si moriturus est æger, aut nō, nemo præcognoscet, nisi status tēpus præcognouerit. Tunc enim primū mori ægrotantē est necessariū, quando vires morbo succubuerint. Siue autē vires siue naturā dixero, idem te nunc intelligere oportet. Et quidem vtrum priùs superabitur, sciri non potest si futurum penitus fuerit incertum.

Nemo vi morbi in declinatione perijt, sed errore ægri, vt quæ cœnata intempestiuè in Epide. vel medicorū culpa, qui perfectè iudicatis ægris pharmaca imperāt, aut aliter naturam vexant.

Nam

Nam si crisis intra vnũ diem esse debeat, saluabitur æger antequam vires à morbo prosternãtur. Si verò ante viginti dies (ita enim contingat) non poſsit status aduenire, fieri poteſt vt interim natura fatigetur, 5 adeò vt ægrotis omnino similiter habentibus alter quidem saluetur, alter moriatur ob status futuri tẽpus. Si quis verò nos alium modũ sciret edocere, quo morituros à saluandis possemus distinguere, non 10 esset fortaſsis ad hoc status necessaria pręcognitio. Sed quum eisdem apparentibus morbis, quis sit salubris, quísve mortalis, alia via quàm nuper dicta inuenire nequeamus, magna ex hoc cognitionis sta- 15 tus neceſsitas oritur. Hippocrates igitur ita inquit: Coniectura assequi oportet, an " æger cum eo victu vsq; ad morbi statum " perdurabit, & vtrum ipse priùs deficiet, " neq; cum eo victu perdurabit, vel morbus 20 anteà finietur & obtundetur. Vidẽtur qui- " dem & Diocles & Plistonicus & Praxagoras & Philotimus, atque omnes, vt ita dixerim, probatiſsimi medici, nihil aliud melius inuenisse ad iudicandum nunquid 25 æger saluabitur, aut morietur. Qui verò omnia bona artis deteriora fecerunt, neq; aliquid aliud doctius excogitauerunt, & hæc maximè neglexerunt. Quis enim eorum

rum eſt, qui aut morbi magnitudinē, aut naturæ robur cognoſcere ſtudeat, aut futurum ſtatū præcognoſcere? Et quidē ſine horū triū exacta cognitione nihil de ſalute inueſtigari contingit, non magis quàm hoc, nunquid aliquis portādo oneri ſufficiat, ſciri poteſt, hominis robore, oneris magnitudine, & viæ longitudine anteà nō perſpecta. Nam ægri vires portanti onus, morbus verò oneri, tēpus autē quod vſque ad ſtatū extēditur, longitudini viæ reſpōdet. Quo pacto igitur de ægrotāte ſciri poteſt nūquid ſufficiat, ſi nulla ſtatus præcognitio habeatur? Neq; enim cōueniēs victus adhiberi poteſt, niſi ſtatus præcognoſcatur: neq; de ægri ſalute vel morte alio modo manifeſtā habere notitiā cōtingit. Sed neque de criſi, nunquid futura ſit aut omnino nō erit, & cū ſit, quāta aut qualis ſit, ſciri poteſt, ſi præcognitio ſtatus nō habeatur. Quare maximū hoc erit artis opus, & cæteris omnibus anteferēdū, ad præcognoſcendū futurū ſtatum exercitatio. Sed quomodo hoc fieri poteſt, anteà diximus. Nūc verò quę nuper dicebamus, repetēda.

Analogia conueniēs morbo & naturæ.

Ex his ergo omnibus neceſſaria ratione colligendū, nulla in re pariter exerceri medicum oportere, atque in ſtatus præcognitione.

Criſis fit in ſtatu vel ad ſtatum, alioqui ſuſpecta eſt, idq; ſuperioribus ſignis colligendum. Mors autem accidit omnibus morbi temporibus, præterquàm in declinatione.

CAP. VI.

EA autē sunt si, cognouerimus ex magnitudine morbi, & viribus ægrotātis, & tēpore status: nunquid liberabitur aut morietur: colligere ita aliquid poterimus de crisis tempore & modo. Si quidem morbus omnino salubris inueniatur, & neq; eius acumen, neq; magnitudo festinent, neq; error aliquis circa ægrotū admittatur, status tempus crisis expectat. Et hæc quidem optima crisis est. Fit enim morbo iā cocto. Si verò vel propter morbi magnitudinem, vel motus celeritatem, vel propter aliquod aliud irritamentū ante statum crisis venire cogatur, tanto hæc optima deterior erit, quantū statum anticipauerit. Quòd si neque vsq; ad statū sufficere posit, necessarium est ægrotantem ex hoc morbo interire, non tamen omnino prope statum: contingit enim & multo celerius, & statim circa morbi totius initia. Crisis enim vel in statu, vel parū ante ipsum fit: mors autem in tribus temporibus, principio, augmento, & statu.

Permutationes singulas morborum annotat, crises simplices, crises defectuosas, atque relinquantes, & solutiones, & his ex aduerso positas mutationes ad mortem distinguit.

CAP. VII.

Cùm

CVm verò res plures sint, cōcedāt mihi sophistæ, manifestioris doctrinæ gratiâ, singulis propriū nomen imponere. Et si hoc ipsi concesserint, longè eis valere 5 iussis (neque enim ipsis, sed iis qui veritati student, hic sermo cōponitur) ita cōsideremus. Si quis subitò morbo liberatur, omnino huic aliqua euacuatio effatu digna cōtingit, vel per vomitū, vel per vētris exone 10 rationē vel sudores, vel vrinas, vel sanguinis è naribus profluuiū, aut ex sede per hæmorrhoidas, aut in mulieribus per purgationē menstruorū. Sed etiā parotides non paucos in tēpore opportuno liberarūt: & 15 ad genua & ad pedes & ad aliud quodpiā mēbrū ignobile decubitus. Et qdā antecedit his omnibus, atq; assidet nō modica in ægrotantis corpore perturbatio: delirant enim, & difficilē habent anhelitū, & *sto- 20 machi angustiā, atque alia quæ priùs diximus patiuntur. Vnus quidē hic modus est morborum solutionis: quē non modò nos crisim nominare instituimus manifestioris doctrinæ gratiâ, sed omnes etiā qui nos 25 antecesserunt, eodē nomine crisim nominabant. Alter verò modus est qui hæc quidem omnia seruat, vno autē tantū modo differt, quia non integrè à morbo liberat. Nominatur verò & hic nonnunquā quidem

Perturbatio critica.

ἀσωδῶς ἔχοι inæqualiter corpus cōmouente feruente, & concitata materia in primis venis vellicato stomacho vel natura vexata.

Initio c. 2. huius.

dem crisis simpliciter, sicuti & prior: aliquãdo etiã cũ additione, crisis imperfecta, vel crisis defecta. Quicunq; autem morbi paulatim finiuntur, solui quidẽ impræsentiarum dicuntur: per crisim autẽ finiri nequaquàm: quãuis aliquando per abusionẽ hoc etiã ita nominari dixerimus. Sed nũc singulis trium eorũ quæ diximus, claritatis causa sit propriũ nomen impositũ, crisis quidẽ simpliciter, morbi solutio subita. Defecta verò crisis, subita morbi diminutio. Solutio autem simpliciter, quæ in longiori tempore & paulatim facta est. Sicuti verò vel effatu digna euacuatio: vel omnino decubitus cũ veloci perturbatione necessariò in crisibus fiunt, ita in solutionibus neq; agitatio aliqua neque euacuatio, neque decubitus accidit. Tres quidem hi sunt modi cõmutationis morborũ, quum à morbo liberari debet ægrotus. Tres verò alii istis * proportionales, quũ moriturus est. Vel enim subitò moritur vnà cũ turbatione & agitatione, & quibusdã excretionibus vel abscessib⁹ effatu dignis: vel mortẽ nõ subiit quidẽ ex istis, sed multo deterius euasit. Vocẽtur autẽ hæ duæ crises cõmuniter quidẽ non bonæ: cũ nihil referat, siue hoc modo, siue malas crises nominemus. Seorsum verò, prima quidẽ perfecta,

se

Solui quid.

Distinguit crisim simpliciter, crisim reliquãtẽ & solutionẽ.

* ἀντίστροφοι cõtrouersi.

5 10 15 20 25

ſecunda verò imperfecta, tertia verò ſpecies malæ permutationis,quæ paulatim fit vſq; ad mortem, * arefactio nominetur. Hæc igitur tria aliis tribus oppoſita ſunt. Quartus modus eſt ſubitæ mutationis ad peius,ſine magnis excretionibus vel decubitibus:quã neq; criſim appello. Quòd igitur hunc modũ ab aliis differre dicimus quos cũ agitatione ac perturbatiõe & effatu dignis excretionibus, aut decubitibus fieri dicebamus, vnicuiq; manifeſtum eſt: differt enim,ſine his fieri accidẽtibus,quæ prius critica nominauimus, atq; abſq; excretione vel decubitu,& fieri cum illis. An verò rectè vel nõ huic modo mortis nomẽ criſis detrahimus:hoc eſt de nomine, non autẽ de re ipſa contendere. Ego autẽ quatuor modos docui inuicẽ differẽtes,& ſingulis propriũ nomẽ,manifeſtioris doctrinæ gratiâ,imponendũ cenſui. Si quis verò melius vel manifeſtius ſcit nominare, de eius nũcupatiõe minimè diſceptauerimus. Docere verò vtile aliquid, haudquaquã in iſto conſiſtit,ſed in noſcẽdo potius hos ſingulos modos quũ adſint,& futuros prænoſcendo. Neq; etiam ſi horum modorum cauſas explicare ordine tentarem, deinde quiſpiam eiſdẽ cauſis tanquam non rectè habentibus contradicens,putaret ſe aduer

Μαρασμὸς humido natiuo paulatim areſcente & ita intabeſcente corpore.

Τρόπων ſic appellat cõuerſionẽ morborum & permutationes, de quibus hoc toto capite.

ſus modos diſſerere, rectè opinaretur. Cognoſcere enim quòd tot ſunt modi quibus ſanentur aut moriantur ægrotantes, ac quæ dictis nominibus nominãtur, atq; vbi præſentes fuerint, ipſos dignoſcere, futuros verò præcognoſcere, hæc ipſa ad medendum conferentia ſunt: atque expedit quidẽ nomina concedere, dignotiones verò ac præcognitiones experientia explorare.

Ex placitis Hippocratis & veterum atq; particulari exercitatione instituta primùm eſt diſciplina criſium. Vexat Aſclepiadem & alios, qui contra principia illa nituntur.

CAP. VIII.

ἕξις ἀντιλογικῆ dialecticæ aut ſophiſticæ potius membrũ eſt ad cõtrouerſias.

Aſclepiades vixit Põpeij magni temporibus è rhetore factus

SI verò conantibus nobis vnde hæc inueniamus edocere, quiſpiam in cõtradictionibus exercitatus, qualem habitum admirabilis Aſclepiades exercuit, impediat, ac ſermonem meum interrũpat, meminiſſe oportet quòd hîc iſtud agens, non rem ipſam, ſed quæ de ea verba dicuntur, cauillatur. Neque enim quòd nullæ repentinæ turbationes fiant aliquando circa corpus ægrotãtis, poteſt aſſerere Aſclepiades: neque quòd ſæpius poſt ipſas effatu dignę excretiones eueniant: neque quòd magna ex ipſis non ſit facta in ægrotantibus permutatio: neque quòd huiuſmodi res non

vocetur crisis: sed quòd certante natura contra causas morbos facientes, ista non fiant, hoc demonstrare tentauit, non parũ quidem etiam hac in parte delirãs, propter
5 admirabiles tumores atque meatus quos ipse supposuit: quorum causa neque nouit potentias illas quibus animal gubernatur, neque quòd hæ omnia quæ ad salutem referuntur, faciunt tam in sanis quàm ægro
10 tantibus, neque quòd ipsæ sunt quæ morbos iudicant. Sed vt habeat quidem quod in rebus sensui occultis nugari possit, nihil tamen quod ad artem medendi pertineat, attingunt nugæ huiusmodi: neque
15 enim dignoscere nos crisium modos, neq; prænoscere talia sophismata prohibent. In multis itaque sæpius delirauit Asclepiades & quicunque non norũt naturas esse morborum medicatrices: neque vnquam pote-
20 runt modum salutis aut mortis præcognoscere. Atqui quo pacto turpe non est medico, instante crisi more vulgarium perterreri, quem decuit non solùm præsentem crisim quorsum euasura esset intelligere,
25 sed etiam futuram præcognoscere? Equidem hîc omnia quæ ad crisim attinent, vel futura prænoscere, vel iam præsentia dignoscere, ex aliis principiis haud inuenio, quàm ex iis quæ supposuit Hippocrat.

repetè me dicus: omnia ferè placita veterũ subuertit, negauitq; cibos à natura in ventre et partibus corporis confici, sed crudos in corpus digeri contendit: aceruos illos atomorũ & vacuum Epicuri recepit, diuisit substãtias rerum, & consensum partiũ abstulit.

1. Epid.

Etenim quòd ea quæ ſunt in corpore,concoquantur vel non concoquantur, Hippocraticis,non autem Aſclepiadicis dogmatibus congruit.Et quum natura multas potentias habeat per quas animal gubernatur,vnum quoddam eſt Hippocraticũ dogma,ſine quo præſentem contemplationẽ ſcientia cõprehendere minimè poſſumus. Neque enim numero infinitos ſignorum concurſus oculo perſequi oportet,tãquam in ſingulis ipſorum propriam obſeruationem aſſequi poſsimus, ſed potius omnia particularia ad hanc vnam redigere intentionem:de qua verba faciens,coactus ſum facere de ſophiſtis mentionem, qui nõ modò nihil opportunum inuenire ſtudẽt,ſed etiam quæ bene inuenta ſunt, conãtur facere deteriora.Et tamen melius foret, quũ nos intuẽtur, & diem ipſum in quo criſim morbus ſubibit prænoſcentes, atque inſuper criſis modum prædicentes, ac iam præſentem etiam quem finem ſit habitura dignoſcentes,tali contemplationi diſcendæ intẽdere,ex qua huiuſcemodi facultas cõparatur:neq; more vulgarium perterreri, quorſum euaſurus ſit morbus in præſentia ignorantes. Ego quidem ſæpius expertus ſum tales medicos, qui de præcognitione noſtra ſunt admirati, quando in ægrotis

Quia cruda voluit Aſclepiades differri in corpus nõ confecta priùs à natura.

Infiniti et particularium ſciẽtia nõ eſt, ſed ſingula vniuerſali cogi oportet, vt inde ſcientia colligatur.

ma

manifestam inspexerunt,atq; discere satagentes:sed quando quispiam ipsos docere cœperit,aut quidpiam de coctione aut naturæ robore disseruerit,vel de re aliqua alia sine qua de crisi contemplatio consistere nequit:quomodo, inquiunt, nobis suadebis ꝙ sit natura quædã omnia agens ad animalium salutem? vel ꝙ eadem natura expellẽte superfluitates,quidã à morbo liberantur?vel ꝙ calidum in animalibus sit efficacissimũ?vel ꝙ ex calido,frigido, sicco,& humido corpora animaliũ sint tẽperata?Aduersus quos ego dicere soleo: Tu quidẽ ô vir,cœpisti tanquã discipulus, audis autẽ tanquã * contradictor. Neq; enim tibi sufficit, artis operũ, quorum te cœpit admiratio,doctrinã perdiscere, sed etiam eius principia iudicare conaris non solum vt medicus:sed etiam vt physicus: & tamẽ tibi satius fuisset cõtrario modo de principiis iudicare. Multo enim præstare arbitror,miranda opera quæ ex illis principiis sequũtur,inspicientẽ, ab eisdẽ operibus fidem aliquã de ipsis principiis assumere. Fides siquidẽ artiũ contrà se habẽt quàm inuentiones.Credũtur enim ex operibus,inueniũtur ex principiis.Mihi quidẽ opus ali quod artificiosum inuenire est impossibile,nisi veris vtar principiis:quare mihi ne-

** ἀντιλογικὸς epitheton est sophistæ et cõtrouersi hominis, qui omnia rapit ad contentionem.*

Physicus enim exactius & minutius de principÿs disserit.

A sensu enim ad principia æstimanda via est.

cessarium fuit naturalem scientiam diligenter perdiscere. Tibi verò, iam artis operibus adinuentis, viã discere sufficit. Quare nisi tibi suppetat tempus, vt tanquam naturalis omnia discere poßis, tantum saltem tibi ratiocinari adsit, quòd nulla altera via sit præter istam quæ te faciat futuri præcognitorem, & quòd nulla neceßitas vrgeat ad principia scientiæ comprehendenda, quũ iam frui poßis iis quæ ex scientia proueniunt. Qui enim primus studuit hæc inuenire, magno in periculo fuit, ne frustra tempus contereret. Neque enim verum aliquod ex falsis principiis contingit inueniri. Sed cùm tu ab inquirendi labore sis liber, & quæ iam bene inuenta sunt, addiscere concupiscas, superuacaneum foret principiorum scientiam complecti, si præsertim ad hæc tẽpus minimè suppetat, neq; cupido te teneat, aliquid eorũ quæ desint, inueniendi, sed tibi solùm sufficit inuentis rectè vti. Tu itaque supponens aliquã esse vitalem potentiam, stude, vt agnoscas eiùs tum in robore tum in imbecillitate dispositionem. Vbi verò in his exercitatus fueris, stude deinceps omnes morborum tam in magnitudine quàm etiam in more differẽtias promptè distinguere, & post hæc, futuri status præcognitionem perdiscere.

Sophisticũ enim ex falso & impoßibili aliquid colligitur.

Vtilis monitio.

Vbi

Vbi verò hæc omnia didiceris, tũc te exerceas in comprehendendæ per exquiſitam coniecturam tam morbi magnitudine, quàm ægrotantis robore, & quanto hæc 5 tempore poſsint perdurare. Multum verò ad hoc te adiuuabit in operibus exercitatio. Prius verò quàm ea omnia quæ dixi, diligenter didiceris, nihil ægrotos intuendo proficies. Sed quomodo hæc omnia 10 perdiſcere oportet? Nõ aliter quàm ſicuti prius à nobis dictũ eſt. Etenim ꝙ oporteat & magnitudinẽ morbi inuenire, & morẽ, inſuper etiã ſtatũ, exactè recenſui. In vnaquaque autem natura vel imbecillitatem, 15 vel robur, in alio libro vbi de multitudine agitur, anteà narraui. Ex illo igitur eorum dignotiones exquiſitè diſcere oportet, vti verò ad medendum, vt in aliis edocui: neq; minus & nunc ad eam quę habetur de cri- 20 ſibus contemplationem.

Hortabatur Aſclepiadẽ, vt diſceret vires ægri ex facultatibus quæ regunt corpus, intelligere: adhæc morbi magnitudinem, & morem, quantumq; vires vim morbi poſſent ſuſtinere, vt ex his 25 præſagium inſtitueret: id iam particularibus exemplis manifeſtè oſtendit.

CAP. IX.

SIcuti enim ꝗ omnia ſigna bona præſeſert, in prĩo quaternario integrè libera

Differit quibus morbi partibus contingat mori, et quomodo, & an sine crisi.

bitur, eodẽ (vt arbitror) modo qui omnia mala, hic intra primum quaternariũ morietur. Sed qui quidem liberatur, omnia morbi tẽpora vniuersalia pertransit, principium, augmentũ, statum, & declinationem: quanquã nonnullis fieri nõ videatur declinatio, vbi repẽtinę crises aduenerint. Nam paulò pòst de istis dicetur. Moriturus autẽ, ad declinationis tẽpus pertingere minimè potest: nec tamen ad statũ necessariò perueniet. Cõtingit enim ipsum in augmẽti & principii etiã tẽpore mori: crisim verò subire nõ est necessariũ, & maximè si in principio morbi moriatur. Hoc autem accidit vbi natura plurimũ à morbo superatur. Tũc enim neq; certare aduersus ipsum aggreditur: sine certamine autẽ crisis nõ fit. Hic igitur est quartus modus mortis, qui nulli salutariũ assimilatur. Nemo siquidẽ subitò morbũ euasit sine crisi. Multi verò sine hac subitò intereũt, plurimiq; in accessionũ principiis, illi præsertim qui propter materiæ multitudinẽ, & crassitiẽ, aut inflammationis magnitudinẽ exitialiter laborant. In declinatione verò propter virium imbecillitatẽ moriũtur. Hoc siquidem plus quàm aliquid pro verissimo haberi oportet, quod in accessionũ particulariũ declinationibus plurimi pereũt: quod nõnulli

Cap. 5. [illegible]

nulli

nulli videntes, idcirco opinantur etiã vniuersalis declinationis tẽpore posse aliquẽ mori: verùm nõ ita res se habet. Vbi enim morbi status præterierit, natura quidẽ iam
5 superior euasit: neq; enim aliter morbus declinasset: nullus autẽ modus mortis tũc aduenientis excogitari potest, præterquàm ex errore. Sed de hoc haudquaquã nũc cõsiderare proposuimus, sed an morbi ratio-
10 ne mori contingat. Neque igitur hoc vidi vnquã fieri, neq; id inuenit ratio. Sed particularibus accessiõibus declinãtibus multos sæpissimè interire vidi. Neq; rationem sequentibus mirum videtur, quod naturæ vis
15 imbecilla, in principio quidem accessionis & augmento & statu queat perdurare, quũ adhuc habitus ipse in vnum compressus contineatur: tempore verò declinationis à medio, ad extrema calore retrocedẽte, na-
20 turæ habitus spargitur atque dissoluitur. Horum itaq; nonnulli subita morte opprimuntur, vt presentes existimẽt deficere animo, potiùs quàm mori. Quidam verò paulatim, nõ subitò interierũt, incipientes
25 quidẽ omnes in statu accessionis, ita verò latenter multis, vt videantur multo citiùs quã sperassent à statu ad declinationẽ trãsire. Sed manifestissimè ex pulsibus cognoscũtur: neq; enim paruo interstitio diffe-

runt qui mortis ratione citiùs quàm ſpera batur ad quandã falſam declinationis opi nionẽ perueniunt, ab iis qui verè declinãt. In vtriſq; enim ſubitò febrilis calor diſſol uitur. Fit verò contrariis ex cauſis: ſiquidẽ 5 naturæ robori maximè contraria eſt imbecillitas. Vehementior igitur fit cõtinuè magis pulſus & æqualior atq; ordinatior in optima declinatione. Expellit enim natura fortius omnem ſubitò febrilem calo 10 rem. Debilior verò atque inordinatior & inæqualis eſt pulſus in mortalibus declina tionibus. Nam vnà cum aliis tũc calor febrilis expirat, atq; hinc *ſpes melioris exoritur. Mox quum ad leuandum ventrem 15 ſurrexerint, animi defectum incurrunt: & nõnulli pauco ac tenaci ſudore effuſo, mo riuntur, vel etiã ſine ſurrectione. Sic quidẽ in particularium acceſsionũ declinationibus ſine criſi moriũtur: in principiis ve- 20 rò quia natura derepẽtè intrò rapitur, velu ti ſuffocata atq; extincta natura: nõ aliter quàm ſi lignorum viridium aceruũ ſuper flãmas coniicias. Reliquus eſt igitur mortis ſine criſi modus, exitialib⁹ morbis tẽpo 25 re ſtatus à vehemẽtia acceſsiõis natura ſuperata. Sic & in augmentis plerunque moriũtur, nõ alio modo quàm ſtatus ratione. Omnino enim quando à vehemẽtia mor-

* φαντασία βελτίονος.

bi

bi natura superatur, ratione status moriũtur. Contingit verò aliquando & in augmentis accessionum, sed rarius hoc accidit atq; idem est modus cum illo qui fit tẽ-
5 pore status. Tres igitur sunt omnes mortis modi iis qui sine crisi moriuntur. Primus quidem in principiis accessionum, qui in magnis inflammationibus plurimum cõtingit quæ membra occupant principalia,
10 vel ob humorum multitudinem, crassitudinem, ac tenacitatem, qui subitò confluunt, vt spiritus meatus obserent. Alter verò iam tempore status, à morbi vi natura superata. Alius verò iam reliquus in de-
15 clinationibus, qui rarissimè accidit, vigore soluto vitali. Horum verò nullus contingit cum crisi: neque enim morbum depellere in huiusmodi mortis modis ab initio natura tentauit. Vbi verò tentauerit,
20 sed succubuerit, malam crisim talem euentum appello: & fit omnino vel cum excretionibus, vel abscessibus effatu dignis, simul cum reliqua omni perturbatione, de qua diximus anteà.

Tres formæ mortis sine crisi.

25 *Natura in morbis certa quadam ac definita lege mouetur: siquidem superior est, neq; casibus vllis interturbatur, vnde tempestiua crisis. Inferior autẽ & irritata ante tempus vel succumbit, vel crises malas,*

intempeſtiuas & imperfectas relinquit: hæc autem quibus ſigna præſagias declarat, diemq́; & horam mortis annotat.

CAPVT X.

HViuſmodi verò criſium præcogni- 5
tiones minus ſtabiles ſunt, & valde
prudente & arte inſtructo atq; exercitato
medico indigẽt, primùm quidem nũquid
futuræ ſint ſecũdo, an hoc die certo, dein-
de ſi ſtatim hominem interficient, vel tan- 10
tummodo nocebunt. Sed priùs exercitari
oportet in optimarũ criſium pręcognitio-
ne, de quibus priùs locutus ſum: deinde in
iis quæ non ſunt optimæ, bonæ tamen: ac
deinceps ad malas deſcendere. Sicuti enim 15
in his eſt plurima incertitudo & cõiectu-
ra, ita in bonis ſcíẽtia & firmitas præualet.
Determinati ſiquidem ſunt atq; ordinati
naturæ motus, quũ valida fuerit, & mate-
riæ dominatur, & * proprias operationes 20
operatur. In determinati verò atq; inordi-
nati, atq; ideo incogniti, quãdo ſuccũbit.
Sed ſi quidẽ integrè ſuperatur, neq; ab ini-
tio criſim facere tentat, neq; omnino reſi-
ſtere: & ſi paulũ omnino ſurgat ad pugnã, 25
ſtatim ſuccũbit. Cauſa verò huius intẽpe-
ſtiui aſſultus eſt morbi violentia, irritatrix
quædã exiſtens, & acuta. Videtur ſiquidem
natura nihil huiuſmodi poſſe tolerare, ſed
ſtat

* καὶ οἰκείοις λόγοις ἐνεργεῖ, *in ſuo iure eſt, ac ſuis modis operatur, neque caſu vllo interturbatur.*

Quia multo inferior viribus morbo eſt.

ſtatim properare ad expellendum id quod infeſtat, ſicut ex iis quæ ventrẽ aut ſtomachum mordent, torquent, frigefaciunt, & grauãt, ſiue quouis alio modo ſtimulãt, li-
5 cet manifeſtè inſpicere: quæ enim ſuperna tant, per vomitus expellere tẽtat: quæ verò inferiora occupant loca, per ſedẽ excernit. Et hoc eſt quidẽ maximũ ſignũ criſis intẽpeſtiuæ. Quæ enim *tẽpeſtiuo ſpatio fiũt,
10 hæc in ſtatu & coctionibus, etiã ſi nullum adſit irritamentum, in feruidis & magnis morbis videmus accidere. Quæcunq; verò intempeſtiuè & ante tempus cõmouentur, (vocat autem ſic Hippocrates omnia quæ
15 ante ſtatum ad criſim ruunt) ob aliquod irritamentum id patiuntur. Et tanto deterior fit criſis, illa quæ in ſtatu fit, quanto magis anticipauit. In exitialibus autẽ mor bis eodẽ modo res ſe habet: neq; criſis ſta-
20 tum expectat, aut admodum rarò: ſed magna ex parte in augmentis interficit, vel in principiis. Et ſi aliqua dies indicatrix futu ram criſim præoſtenderit, ſimul & malam præoſtẽdit. Age enim in quarto die viſa ſit
25 primùm nebula in vrinis nigra, vel ſuſpen ſio nigra, vel tale aliquid huiuſmodi: ſint verò & omnino alia ſigna & accidẽtia perniciosa: morietur quidẽ omnino hic ægrotus. Sed ſi in imparibus quidẽ acceſsio fa-

cta

*ἐν καιρῷ *tempeſtiue* ὅτ' εἰσὶν τὰ ἐν τῷ κατὰ τὴν ἀκμὴν κἀν τοῖς παροξυσμοῖς *quod eſt circa ſtatũ etiã per coćto morbo.*

Hypoteſis.

ęta fuerit, ſeptimo die criſis accidit. Si verò in diebus paribus, in ſexto. Certiorē verò tibi expectationem faciet morbi motus. Si enim acutè moueatur, criſim accelerātem conſignificat, hoc eſt in ſexta venturam. Si verò tardè, ad ſeptimam differetur. Quum verò dies indicatrix nullū de mala criſi futura ſignum oſtenderit, neque eius præcognitio facilis eſt. Oportet tamē hîc animaduertere ea quæ à me dicentur ſigna. Eſt autem primum & maximū in morbis mortalibus ſignum, quòd ſine criſi mors ſit ſubſequutura, viriū imbecillitas: nam virtus ita proſtrata, ad pugnam cōtra morbum non excitatur. Secundum verò, ſi nullum adſit omnino ſignum, vel minimū, coctionis: & præter hæc, ſi magnus ſit morbus atq; malignus, atq; etiā *celeriter moueatur. Quū enim hæc affuerint, omnino abſque criſi mors ſubſequetur. Mortis autem dies præcognoſcitur, quantò ſuperat morbus naturam conſiderādo, & grauiores acceſsiones inſpiciēdo. Si enim effatu dignus fuerit exceſſus, & parum reſiſtere adhuc vis naturę videatur, mors citò ſubſequetur. Si verò cōtraria affuerint, tardius. Sit igitur gratiâ exempli, multus quidē exceſſus, nō tamen manifeſtus an ad vnū diem vel duos extendi poterit, hoc verò diſtinguetur acceſsionum

Signū præcipuū mortis ſine criſi.

**Hoc melius quā in quibuſdā codicibus Græcis vbi legitur μὴ μᾶλλον τοῦ ταχέως κινοῖτο.*

Dies mortis.

5 10 15 20 25

nũ circuitibus. Quo enim die debet acces-
sio fieri, in illo morietur. Et qua eiusdem
diei hora id accidet, iã est dignoscere faci-
le, si meminerimus in vniuersum eorum
5 quæ paulò antè diximus, in quibus morbis
principia accessionum maximè afferunt
mortem, in quibus verò *decrementa &
declinationes. Particulatim verò in singu-
lis ægrotantibus præcedentiũ dierũ recor-
10 datio tibi plurima commõstrabit. Si enim
ex ipsa morbi specie quispiã nequeat præ-
noscere in qua parte maximè accessionis
morietur: ea quæ in primis diebus contige-
re, ad memoriam reuocans, qua maxima
15 parte grauissima atq; exitialia accidentia
superuenerũt, hic etiam poterit de futuris
coniecturari. Sit rursus verè cognitum,
quòd morbus sit exitialis, & non multa vi-
rium prostratio. Primùm ex hoc constat
20 mortem nõ esse propinquã. Deinde inqui-
rendum est si possit fieri crisis. Huius ve-
rò inuẽtio habetur ex cõtemplatione vir-
tutis quomodo se habeat, atque ipsius
morbi motus, ac præterea signorum co-
25 ctionis. Si enim virtus robusta fuerit, &
morbus velociter moueatur, & aliquod si-
gnum coctionis affuerit, non extra ratio-
nem est quòd natura tẽtabit crisim. Quòd
si virtus quodammodo * obtorpuerit, ac

mor

Cap. 9. & 5. huius.

*Hîc *euariat lectio, nam aliàs legitur* ἀκμαὶ καὶ παρακμαὶ *aliàs* ἀναβάσεις καὶ παρακμαὶ *legendum arbitror* ἀναβάσεις, ἀκμαὶ, καὶ παρακμαὶ *in quæ omnia tempora vel vi morbi vel aliter mors incidit.*

**al. succubuerit.*

morbus tardum motũ habuerit, nullumq́; affuerit coctionis signum, in hoc subsequi crisim nõ contingit. Quòd autem si morbus sit fortior virtute, nõ necessariò virtus ipsa sit debilis, nos alio ostendimus libro: atque inde discere oportet propria signa virtutis imbecillis, omnia enim simul trãsigi non possunt. Omniũ autẽ meminisse simul, & nihil prætermittere ex iis quæ separatim aliquis didicit, sed omnia in singulis ægrotãtibus memoria cõplecti, nihil difficile, nedum nõ impossibile. Rursus igitur memoria repetẽtes ea quæ in præcedentibus disseruimus, ad sequentia transeamus. Diximus optimas crises in statibus fieri: in augmentis verò, si salus sit subsecutura, vel imperfectas, vel non securas. In morituris autẽ vel subitò interimere, vel magnã ad peius facere mutationẽ. In principio autẽ morbi nõ fieri crisim. Esse verò optimarũ crisiũ exquisitas præcognitiones, aliarum verò cum coniectura, & maximè cùm fuerint crises signo carẽtes. Ita autẽ nominari diximus quæcunq; à nullo dierũ indicantium anteà fuerint indicatæ. Sed & has etsi nõ multo priùs tempore, saltem paulò pòst futuras præcognosci oportere asseruimus. Futuram autem præcognitionem ex eo quòd vrgeatur ac vehemẽter irritetur natura

Crises ἀσημοι.

5 10 15 20 25

tura

tura à morbo, atque ex ſubita præter rationem circa corpus facta perturbatione. Omnino enim aliquid innouatur, quando criſis futura eſt, vel circa reſpiratio-
5 nem, vel circa mentem, vel auditum, vel viſum, vel ferendi facilitatem, vel circa aliquod eorum quæ iam ſæpe diximus vno nomine ſummatim iudiciaria accidentia & ſigna appellantes. Quinetiam
10 quod ab Hippocrate in Aphoriſmis dicitur: Quibuſcunq; criſis fit, his nox*molesta quæ antecedit acceſsionē: eſt ipſum quod nunc nos dicimus. Quando igitur futura morbi criſis oſtenditur, & nox mo-
15 leſta fuerit, & poſt ipſam acceſsio citius inuaſerit cum quibuſdam inſolitis accidentibus, neceſſe eſt in eadem acceſsione fieri criſim.

13.lib.2.

*δύσφορος, quia ferè perturbatio deſcripta priùs, criſim antecedit.

Proximo capite coniecturam formauit,
20 *qua quis tempus & euētū criſis præſagiat. Nunc quo genere excretionis aut decubitus explicat, ſolita coniiciendi arte quæ per ſigna fit.*

CAP. XI.

25 QValis autem erit, hoc eſt, vtrum per ſanguinis fluxum, vel vomitum, vel ſudores, vel per aliquod aliud ex iis quæ ſæpe anteà enumerauimus, deinceps explanare tentabo. Hîc quoque in-

Ad finem secundi status. itium faciemus ab eo qui nobis omnium fuit dux atque auctor bonarum disciplinarum, qui in primo libro Epidemiarum scribit in hunc modum: Circa caput & collum, & dolores, & grauitates cum febribus, & sine febribus: in phreniticis quidem neruorum distentiones, & vomitus æruginí similes, & quidam ex his citò interierunt: in febribus autem ardentibus, atque aliis quibus adest colli dolor, & temporum grauitas, & tenebræ oculis oboriuntur, vel præcordia intenduntur absque dolore, his profluuia sanguinis è naribus. Qui verò totius capitis grauitates, & oris ventriculi morsus, ac* stomachum anxium habent, isti biliosa & pituitosa euoment. Magna verò ex parte pueris in huiusmodi affectibus accidũt neruorum distentiones mulieribus verò & hæc & ex vuluis labores. Aetate verò magis prouectis & natu maioribus, quibúsq; calor lãguere incipit, * paraplexiæ, deliria sine febri, * melancholię, cœcitates deniq; eueniunt. In libro autem qui Prognostica inscribitur, rursus Hippocrates in hũc modum scribit: Quęcunque autem febres protrahuntur, signa tamen salubria homine habente, neque dolore ex inflammatione ægrum habente, neq; ex alia occasione manifesta, huic

Præsagiũ fluoris sanguinis è naribus.

Præsagiũ vomitus.

**ἀσώδεες, explicatũ prius.*

**παραπληξίαι resolutiones cuiuscũq; partis corporis.*

**In quibusdã cod. μελαγχολικὰ vox omittitur & Gal. in cõm. Epid. nõ agnoscit.*

Soluitur morbus

apud Hippocr. κατ' ἔκκρισιν *excretione*, κατ' ἀπόθεσιν *alio versa, sed non excreta materia* κατὰ μετάστασιν, *cum è morbo alius exi-*

expectãdus est abscessus cum tumore atq; dolore ad vnũ aliquẽ ex articulis, & præcipuè iis qui in inferioribus locis sunt. Magis verò fiunt & in minori tẽpore huiusmodi abscessus iunioribus nondũ triginta annos natis. Statim autẽ de abscessu ineũda ratio est, vbi vicesimũ diẽ febris superat. Senioribus verò minus fiunt febre etiã diuturniore existente. Oportet autẽ expectare talẽ abscessum quum febris cõtinua fuerit: in quartanã verò finituram, si intermittẽs fuerit, & more erraticæ inuaserit, & si præter hæc omnia etiã autumno appropinquauerit. Sicuti verò iis qui sunt iuniores triginta annis, abscessus fit: sic iis qui triginta annos habẽt, vel etiã seniorib⁹, quartanæ accidunt magis. Abscessus verò scire oportet magis hyeme fieri, tardiùs verò desinere, minusq; reuerti cõsueuisse. Sufficiũt quidẽ hæc, & valde manifesta sunt quæ de abscesibus dicta. Adiũgẽda autẽ sunt ipsis ea deinceps quæ de excretionibus inqt, in hũc modũ: Quicũq; autẽ in febre nõ mortali dixerit se dolere caput, aut aliquod tenebrosum apparere ante oculos: si oris vẽtriculi morsus huic acciderit, vomit⁹ bilio-

stit morbus vt è febre errante quartana et excretio aliâs sensum fugit vt ferè in pueris exhalante vi tio per spiramẽta corporis, aliàs manifesta est, vt hæmorrhagiæ, deiectiones, sudores, vomitus, expuitiones. Soluitur adhæc, si lubet, coctione.

*in Prog. μάλιστα al. μᾶλλον, καὶ πεμπταῖοι.
*Vt ſcilicet 7.9.11 grauius habeant.
*Quæ ſcilicet nõ ſit lethalis.
*Dolẽt ferè à tẽporibus fronte et collo.
*ἀμβλυωγμὸς καὶ μαρμαρυγαὶ, & cæ antea deſinitæ. amblyogmos autem obſcuratio viſus eſt, vtrũq; fit vaporibus è cerebro in oculos actis.

ſus ſubſequetur. Si verò rigor inuaſerit, & partes quæ ſunt infra præcordia, frigidæ fuerint, celeriùs adhuc aderit vomitus. Si verò biberit aut comederit circa hoc tempus, multo etiam citiùs euomet. Ex iis verò qui primo die dolere cœperint, quarto die grauantur vel *quinto, ſeptimo verò die liberantur: plurimi verò ipſorum dolere incipiunt tertio die, conflictantur autem quinto maximè, liberantur autẽ nono aut vndecimo die. Quicunq; verò quinto die dolere cœperint, & alia *ſecundum rationem priorẽ ipſis affuerint, quartodecimo euadunt. Fiunt autem hæc viris quidem ac mulieribus in tertianis præcipuè: iunioribus verò fiũt quidem & in his, magis verò in febribus cõtinuis & legitimis tertianis. Quicunque verò in huiuſmodi febre *caput *doluerint, loco autẽ *tenebroſæ alicuius ante oculos apparitionis viſus hebetetur, vel quidam ſplendores ante oculos videantur, pro oris ventriculi verò morſu in præcordiis aliqua fiat extenſio vel ad dextram partem, vel ſiniſtram, neque cum dolore, neq; cum inflammatione: his ſanguinis fluxus è naribus pro vomitu eſt expectandus: idq́; magis in iunioribus triginta annis: minus verò in iis qui iam triginta annos habent, & ſeniores ſunt: cùm in iis

vomi

*In quibusdã co. addi. et febris perseueret, quod probandũest.

*Hunc locum ex Gale. ita intelligere oportet, atq; cõiecturam fluoris sanguinis maiorẽ faciet si eo tẽpore dolor in frõte & tẽporibus vehemẽs infestet, idq; expectandũ magis in iis qui natu sunt minores 35. annis. Suppuratio verò in maioribus natu potius expectanda est.

» vomitus sint expectandi. Et hæc quidem
5 sufficiũt. Præter hæc autẽ & illorũ nihilo-
» minus meminisse oportet, quæ in eodem
» libro scribuntur ab Hippocrate: Capitis
» autẽ dolores vehemẽtes atq; cõtinui cum
» febre, siquidẽ aliquod signũ mortale affue
» rit valde est exitiale. Si verò sine his signis
» dolor vltra vigesimũ diem progrediatur,
» *expectare oportet sanguinis fluxũ è na-
» ribus, vel aliũ abscessum ad inferiores par-
» tes. Sed dum recens dolor fuerit, expectare
15 oportet sanguinis fluxiones per nares, vel
» suppurationem, *multoq; magis si dolor
» circa tẽpora & frontẽ appareat: in iis qui-
» dem maximè qui iuniores sunt triginta-
» quinq; annis: in senioribus vero suppura-
20 tionẽ magis expectare oportet. Et etiam in
» sermone de peripneumonicis ita inquit:
» Quibusdam abscessus fiunt ex pulmonis
» morbis circa aures, & suppurantur: vel ad
» inferiora loca, & ad fistulã perueniunt: isti
25 euadunt. Deinde subinferens inquit: Con-
» siderare autẽ oportet & talia hoc modo:
» Si febris perseuerauerit, & dolor nõ cessa-
» uerit, & sputum non processerit secundum
» rationem, neque alui excrementa biliosã

** Μηδὲ εὔλυτοι καὶ ἄκρατοι, illud ad mediocrem modũ, hoc ad id quod*

fuerint, *neque facilè dissolubilia aut pura fuerint, neque vrina plurima, & multã habens subsidentiã, reliqua autẽ signa salutem significauerint, his oportet & tales abscessus futuros sperare. Fiunt autem hi quidem ad loca inferiora, quibus aliquid *phlegmones affuerit circa pręcordia: illi verò in superioribus, quibus præcordia & mollia & sine dolore perseuerauerint. Vbi verò aliquo tẽpore difficilem quis anhelitum habuerit, absque alia occasione quiescet. *Et quidẽ de tumoribus circa præcordia verba faciens, ita inquit: Significãt autem huiusmodi tumores, in principio quidem mortis non multo post secuturæ periculum. Si verò processerint vltra viginti dies, & febris non quiescit, & tumor nõ subsederit, ad suppurationem cõuertitur. Fiunt autem his in prima periodo & fluxus sanguinis ex naribus, & valde iuuant. Sed interrogare oportet, an doleant capite, aut oculi caligent: tunc enim fluxum sanguinis è naribus expectare oportet, magis in iis qui iuniores sunt trigintaquinque annis. Et hæc quidem in Prognosticis ab Hippocrate dicta sunt, indicantia modos secundum quos crisis fit.

reliquis humoribus nõ miscetur, referẽdum: aliter legitur, ἔκλυτοι καὶ ἄκρατοι.

** φλέγμα-τος. phlegma Hippocrati & veteribus non solùm pituitam, sed et phlogosim significat.*

** Quin-etiã. Primam periodũm intellige primum septenariũ.*

Qui

Quicunque autem mingunt vrinam tenuem ac crudam multo tempore, si quidem alia ipsis signa salubria affuerint, his abscessum expectare oportet ad loca quæ
5 sub septo transuerso sunt. Hæc quidem in Prognosticis breuiter dicta sunt ab ipso futurum crisis modum prædocente. Addit verò ipsis multa particulatim & in libro prædictionum, & epidemiarum, ve-
10 luti quòd retentiones vrinæ ante* rigorem, & quòd oculi rubidi, sanguinis fluxum monstrant. Eodem modo & de oculis lacrymantibus, & de malis rubidis, & de ipsa nare. Ac prætereà quòd labrum in-
15 ferius agitatum, futurum vomitum significat. Et quòd somnus grauis*cum dolore capitis, & surditas statim adueniens, sunt signa parotidum. Et multa huiuscemodi alia particulatim scribit, quæ omnia
20 potentia continentur in iis quæ in libro Prognosticorum scribuntur. Summatim, nihil aliud oportet considerare in modo crisis præter naturæ inclinationem: quam manifestè ostendit Hippocrates
25 in Prognosticis, partim quidem oris ventriculi morsum atque rigorem memorans, in quibus vomitus subsecuturus est: partim spirandi difficultatem, & oculorũ *hallucinationes, in quibus profluuiũ san

* Melius *ante quã vt in quibusdam legitur, post id quod sequente pagina manifestius constabit.*

* Μετὰ κεφαλαλγίαν *post capitis dolorem.*

*Μαρμαρυγῶν. λύεται *vt prius.*

guinis expectatur: ac præter ista, distinguens de vrinis, & alui excremẽtis, in quibus inquit: Neque biliosa fuerint alui excrementa, neq; facilè solubilia, & impermista, neq; vrina multa valde, *neq; plurimam habens subsidentiã. Si quid enim tale fuerit, manifestum est quòd huc repit ægritudo, & per ista expurgatur: quũ verò huc non repit, & protrahitur morbus: cum signis salubribus, futurum abscessum expectare oportet. Coniicere autem in his oportet naturæ motum. Ad loca siquidem inferiora futuros abscessus inquit iis quibus circa præcordia aliquid phlegmatos, id est, inflammationis & caloris affuerit, quoniam deorsum repant ii qui peripneumoniam humores efficiũt: hunc siquidem sermonem veluti ad exemplũ in peripneumonicis Hippocrates transigit. Vbi verò non repunt ad inferiora, præcordia quidẽ mollia & sine dolore erunt semper, æger verò ad aliquod tempus difficilẽ habebit anhelitũ sine occasione manifesta: & manifestum est, quòd hinc sursum abscessus subsequi est necessarium, hoc est, circa glandosas carnes quæ sunt post aures: statim enim in ipso & aliquod aliud signum aderit quod ad caput habebit significationẽ, veluti grauis somnus, & surditas re-

pen

* Τὶ καὶ παχὺ in quibusdã codicibus. φλέγματος τουτέστι φλογώσεως καὶ θερμασίας· φλέγμα γὰρ οὐ μόνον τὸν χυμὸν τὸν λευκὸν καὶ ψυχρὸν, ἀλλὰ καὶ τὴν φλόγωσιν δηλοῖ, in exegesi vocum Hippocratis.

pentina,ac præter ratioñe aut grauitas capitis & tẽporũ,aut tale aliquid aliud. Nullum igitur indiciũ deficit modi futuræ crisis,sed omnia ab Hippocrate exceptis pulsi 5 bus dicta sunt. Multi verò priscam breuitatem aduertere minimè consueti, quædam deficere arbitrantur. Nos igitur altero sermone manifestè eadẽ ipsis dicamus : fortè enim si hoc modo didicerint,neq; impossibile esse arbitrabuntur præcognoscere 10 modum futuræ crisis, neq; adhuc circa exercitationẽ torpebunt. Quũ igitur quòd crisis aderit,ex iis quæ diximus præcognoueris,deinceps qualis futura sit,hoc modo 15 distinguendũ est. Primùm quidẽ,si acutus & calidus sit morbus,& si crisis fiat in primis periodis : necesse est enim in talibus crisibus non abscessum,sed excretionem subsequi. Secundo autẽ loco, si diuturnus 20 & tardus. Nam hi per abscessus quiescere cõsueuerunt:tum præcipuè quũ vrinæ tenues & crudæ longo tempore exierint. Si enim multã & optimã subsidentiã habuerint,rationabile est morbũ potiùs paula- 25 tim debere coqui,non per abscessum terminari. His præfinitis deinceps cõsiderandum est,si quidẽ per excretionẽ debet terminari , nunquid profluuium sanguinis, vel vomitus,vel sudor, vel alui subductio

Omißi pulsus ab Hippocrate.

Primæ periodi primo quaternario & septenario finiuntur.

Plenius explicat modũ crisis per excretionum species & differentias partiũ in quibus fiant abſceſſus.

ſequetur. Si verò per abſceſſum, quod mẽbrũ, & quis articulus abſceſſum ſuſcipiet. In iis verò qui per excretionem debent terminari, dupliciter diſtinguere oportet, & futuræ excretionis ſignis, ſi affuerint: & aliorum, ſi non affuerint. Certius enim ſperabis eum qui ſemper præoſtenditur modum excretionis, ſi nullum te aliud diſtraxerit. Me igitur oportet propriũ vniuſcuiuſque dicere: te verò in ægrotantibus non hoc ſolũ inſpicere: ſed & ſingula alia conſiderare. Si igitur præter rationẽ aluus comprimitur, vel vrinæ iam propè criſi exiſtente, rigorem ſperare oportet. Qui ſi commouetur, diſtinguendũ, nunquid ſudor poſt ipſum ſequatur, vel vomitus, vel ſubductio ventris, vel aliqua horum, vel omnia. Et primũ quidem ad morbi ſpeciẽ eſt inſpiciendum. Si enim exquiſitè ardẽs fuerit, ſtatim certior erit & rigoris præcognitio. Quod enim incendit, bilioſum eſt. Dictũ eſt autẽ in præcedentibus quòd humor iſte quando vehemẽtius mouetur, rigorem facit. Poſt hæc autẽ & illud conſiderandũ eſt, nunquid vrinis tantũ, vel etiã aluo compreſſa riguit. Si enim ambobus, neceſſariò ſudor multus ſubſequitur. Si verò vrinis ſolis, cõſiderare oportet nunqd alui excremẽta plura quàm priora, vel

pau

pauciora ante crisim exierint. Si enim mul-
ta, manifestius motus naturæ ad hunc lo-
cum est agnoscendus: si pauciora, ad sudo-
res. Si verò & vomitus signa affuerint, per
5 has ambas crises iudicabitur. Et vel magis
per earum alterã, quæ magis præualebit,
vel æquè per vtranque, quando æqualia
quodammodo indicia affuerint. Si verò
signa vomitus non affuerint, solos sudo-
10 res expectare oportet, & magis quando
ægrotãtes delirauerint increscente acces-
sione & partes exteriores calidiores ac ru-
bidiores extiterint, & vapor quidam cali-
dus exeat, qualis anteà non aderat. Quòd
15 si pulsus vndosus fiat, & insigniter mollis,
adhuc ampliùs sudores expectare oportet.
Durus autẽ pulsus, vomitus magis quàm
sudores præostendere solet. Altus enim o-
mnis excretionis indicium est, sicuti & ve-
20 hemens. Si verò magnus fuerit motus, ad
exteriora potiùs quàm ad interiora signũ
existit. Quum verò vterque duplex sit, hic
quidẽ qui ad exteriora per fluxum sangui-
nis è*naribus, atque sudores: alter autem
25 interius per aluum & stomachũ: vndosus
quidem pulsus sudores, magnus autẽ sim-
pliciter fluxũ sanguinis præostendet. Mo-
tu verò ad interiora superante, quum non
aderunt signa vomituũ, per ventris excre-
men

E pulsu excretionũ differentias conijcit.

Διὰ αἱμοῤῥαγίας, hæmorrhagia enim sanguinis profluuiũ indicat quacunq; effluat: peculiariter è naribus.

menta crisis fier. Si verò affuerint, per vomitum potiùs. Si verò ea affuerint, & vẽter insigniter subducatur: per vtraq; fiet crisis. Inæqualis autẽ pulsus in pluribus quidẽ crisibus fit, & præcipuè quum non fiunt sine periculo & pugna: multo verò magis quum biliosi humores ad ventriculũ confluunt, perstãtibus etiã aliis vomitus signis quæ Hippocra. scripsit. Et omnino pulsus fiunt inæquales, quũ stomachus grauatur ac mordetur. Sed signa ex pulsibus sumpta, Hippo. vel quia non nouerat, vel quia non magni momenti existimauit, idcirco nõ est exequutus. Vomituum autem signa sunt oris vẽtriculi morsus simul cũ dolore capitis, & vertigines obortæ, cũ iis quæ obiiciuntur oculis, tenebrosis, & cum agitatione labri inferioris, & multo ac tenui saliua defluente. Hæc verò omnia accidũt, quũ biliosus & mordax humor in ventre ac stomacho collectus fuerit, & ventriculi os momorderit, quod prisci cor nominabant, & cũ ipso totũ stomachũ suprà atq; infrà distraxerit, vnde & labrũ in ipsis agitatur, & saliua tenuis defluit, & tenebrosa quædã oculis obuersantur, & hallucinantur, & vertiginẽ patiuntur, & caput dolẽt, sicu aporãte re aliqua ex humore bilioso, & præterea facta ex neruis cõpassione. Propria

Inæqualis pulsus quãdo.

Hippocra. pulsus omisit, quia ignorauit, vel parui momenti credidit.

Vomitus signa.

Καρδία cor quid veteribus.

Propria signa hæ-

5 10 15 20 25

pria verò signa profluuii sanguinis, quidã fulgoris motus oculis apparentes quoniã humor est flauus. Obtusiones autẽ, quoniã multus & totus simul elatus ad superiora spiritus meatus obserat. Ita autẽ & oculi lacrymantur, ob fluxus multitudinẽ: quod etiam accidit in inflãmationibus oculorum. Eodem modo rubidi aliquando videntur, cum malis nonnunquam, & naribus. Proprium verò signũ sanguinis fluxus è naribus est etiam præcordiorũ tẽtio sine dolore. Nam & hoc nõ paruum indicium est sanguinis ad superiora tendentis: sicuti etiam difficultas anhelitus: nã & hæc sanguine transeunte in thoracem fit. Si verò præcordia cum dolore extendantur, non fluxum sanguinis, sed aliquam ibi adesse inflammationem significant. Sed & dolores capitis quãuis commune signum existant vomituũ, & fluxus sanguinis: qui tamen velut mordaces sunt, vomituũ: qui verò quodammodo graues atq; extendẽtes pulsantesq; & calidi, sanguinis fluxũ propriè significant. Sic etiam viscerum sub præcordiis existentiũ inflãmationes, causæ sunt ac signa sanguinis fluxuũ, quando morbus per excretionem debet terminari. Quòd si ad latus diuersum sanguinẽ fluere non est bonum, secundũ directum verò

morrhagiæ. *ἀμβλυωγμοί.*

est

est bonum, vt docet Hippocrates, & experientia monstrat: iam tibi facillimum est, narem ex qua fluxurus est sanguis, prædicere, vbi causam iam fluxuri sanguinis inueneris. Dextra enim præcordia ex dextra 5 nare bonam crisim afferunt, sinistra verò ex sinistra. Didicisti verò priùs & bonarũ & malarũ crisium signa. Quid igitur difficile est narem ex qua profluet sanguis, prænoscere, quum membrũ patiens poßis 10 exquisitè dignoscere, & crisis morem non ignores, & signa quæ fluxum sanguinis indicant, sint euidenter manifesta? Præter hæc omnia, & ætas, & tempus anni, & regio, & ægrotãtis natura, futurum sangui- 15 nis fluxũ possunt manifestare. Sanguinis igitur fluxus & vomitus propria & manifesta sunt signa: post hæc verò sudorum. Si verò per excrementa alui crisis sit subsequutura, manifestum quidẽ nullum est si- 20 gnum, nec propriũ: sed ex eo quòd adsunt quidem crisis signa, desunt autẽ vomituũ & fluxus sanguinis & sudorum, colligere licet: quanquam etiã si nullũ horum signorum adsit, non hoc tantũ, sed etiã per hæ- 25 morrhoidas crises fieri contingit, & mulieribus per menstrua. Non tamen est impoßibile omnino distinguere. Grauitas enim lũborũ effatu digna, & tensio, & dolor

Signa hæmorrhagias ex vtero.

lor

ſor mēſtrua hic antecedit. Hæmorrhoides vero non omnibus cōſuetæ ſunt. Quibus autem ſunt cōſuetæ, in his ſolis nō facilè quis diiudicabit. Aliis autē omnibus quādo affuerint ſigna coctionis & criſis vomitus verò nō affuerint, vel fluxus ſanguinis vel ſudorū, omnino vēter perturbabitur. Ita quidē diſtinguere oportet tū propria, tum cōmunia modorū criſiū indicia, in hiſce ſcilicet morbis qui per excretiones finituri ſunt. Si verò ad abſceſſus conuertantur, cōmunia quidē omnia indicia ſunt vbi de ęgri ſalute nō deſperatur, quòd neq; morbus ſoluatur, neq; vrina multa, & multā habens ſubſidentiā, ſed cruda & tenuis appareat: propria verò morbi nō futuri valde diuturni ſunt, ſubita difficultas anhelitus ſuperueniens, moxq́; quieſcens, quā grauitas capitis ac dolor ſubſequitur, & grauis ſomnus, ac ſurditas: his in glādoſis carnibus poſt aures neceſſe eſt abſceſſus fieri. Si verò morbus iā diu durauerit, neq; vllū ex his ſignis affuerit, ſed in ægroto ex locis inferioribus vel grauitas vel tēſio vel *inflammatio vel dolor apparuerit, huic abſceſſus ad partes inferiores eſt expectandus. Exēplū verò vtriuſq; abſceſſus eſt ex vno morbo aſſumēs Hippo. in Prognoſtico, qui poſſunt eius ſermonē diligenter

Hæmorrhoides.

** φλόγωσις.*

Exemplū periρneumonicorum.

insρi

inſpicere, edocuit quo pacto oporteat de omnibus abſceſsibus in vniuerſum ratiocinari. Quare mihi viſum eſt hoc in loco facere præſentis ſermonis finem. Si quis enim dictis ab Hippocrate, hæc quæ modò ſcripſimus, addiderit, nondũ verò artẽ habet prænoſcendi criſes, in libro ſequenti, qui vltimus erit propoſitæ tractationis, ſpero ipſum id quod deficit cogniturum. Doctis enim & hæc poſſunt ſufficere, neque quarto egẽt tractatu.

Fortaſſe de diebus criticis.

FINIS.

INDEX IN TRES LIBROS GALENI DE CRISIBVS, cuius numerus prior paginam, posterior lineam denotat.

A

*

vel

FINIS.

Lugduni,
Excudebant Philibertus Rolletius, & Bartholomæus Frænus.